

... sedam hy  
fily mei. vniq. adext.  
... ad sinist. tuae  
... tuo. Respondit at  
que. Mestibis quid pe  
... tis bibe' calicem  
... sum. di  
... possunt. At illis  
... quide' me' bibe'na  
... adexteraui meam  
... na tu me' dant.  
... qui? patu' est illa  
... Et audientes & re  
... sunt & duobus fili  
... vocauit eos ad se.  
... Scitis quia m'ia  
... du'ant' me &  
... iores sue potestatis

... sedam hy  
fili mei. vniq. adext.  
... ad sinistram tuam  
... Respondit at  
... Mestibis quid pe  
... tibus bibe' calicem  
... inquit sum. di  
... possunt. ait illis  
... quid mecum habetis  
... ad dexteram meam  
... non tu inquit dicit.  
... qui? patet est alia.  
... Et audientes de  
... sunt duobus fili  
... vocavit eos ad se.  
... Scitis quia in  
... dictu dicitur de  
... iores sunt potestates



32/966

F  
M  
H  
175

ANIBALIS RAYMVN.  
DI VERONENSIS MATHEMA-  
tici Clarissimi. Artis  
ONOMANTIAE  
Libellus.

NUPER A TINEIS VENDICATVS,  
multis in locis Illustratus, & in  
gratiam posteritatis in Lu-  
cem editus.



M. DC.

I II.



ILLVSTRISSIMO  
DOMINO, D. GOTTARDO  
BARONIA STARHENNBERG, & C.  
S. C. M. Consiliario Bellico &  
Cathaphrastorum æquitum præ-  
fecto, Domino suo obser-  
uandissimo.

**P** AVEIS ante die-  
bus, Libellus artis  
onomanticæ Ani-  
balis Raymūdi ve-  
ronensis Mathema-  
tici sui temporis Clarissimi, à stu-  
dio quodam Latinitate Dona-  
tus, & ita illustratus vt denuo na-  
tus penè videatur, casu quodam ad  
manus meas peruenit: ipsumq; cū  
A ij per



perlegissem, ita sum eius Lectio-  
ne delectatus, vt decreuerim ne  
omnino periret, & qui futura præ-  
sciendi, & occultioris Philosophiæ  
delectantur, vtilitate & delecta-  
tione quam ab ipso habere poterūt  
fraudentur, in lucem ædere. Et  
cum mecum ipse reuoluerem, cui  
potissimum Libellum hunc com-  
mendarem, tu vnus mihi occurri-  
sti, qui omni scientia plenus, quo-  
rumcunq; scientiarum libellos li-  
bentissime amplecteris. quare te  
quam humillime rogo, vt pro tua  
benignitate hunc etiam Libellum  
suscipere, amplecti, & sub tua ru-  
rela tenere non dedigneris: quod  
si tibi & alijs studiosis rem gratam  
me

me fecisse animaduertero, breui  
aliquot etiam alia opuscula ejus ar-  
gumentis, prælo committere, &  
studiosis cōmunicare minime gra-  
uabor. Ijs me Illustrissime D. tuæ  
quam humillime cōmendo, DEVM  
Opt: Max: rogans vt te ad quam  
plurimos annos in columē & for-  
tunatum conferuet. Viennæ Au-  
striæ 15. Martij 1603.

Illustrissime D. tuæ

humillimus Seruus

Nicolaus Pierius.

# IN ONOMANTIAM

## PROEMIUM.



**S**apientia & laudabile, laborantibus & in extremo positis, opem ferre perpetuo fuit: non minus id erit, artes obliuione & forde jam penè fœdatas & sopitas, in lucem & ad suum nitorem reuocare. Hinc est, quod Onomanticam artem, quæ olim inter diuinatrices non inferiorem locum obtinuit, neglectu & hominum incuria ferè abolitam, & tenebris obfuscata, renouare & splendori restituere constitui: vt homines, cum inpro-  
prijis

prijis nominibus inesse quid Diui-  
ni, nec illis frustra imposita cogno-  
uerint, magis & Diuinam admi-  
rentur Prouidentiam, & laudent  
Benignitatem. Nec melaret plures futuros, qui hæc tanquam vana & absurda mordent, qui nihil sapiunt quam ignorantiam, & quæ non capiunt ipsi, repræhendere quibus hoc loco respondendum minime duco: Sat erit hic pijs & & recte sentientibus lectoribus insinuare, DEVM Opt: Max: nihil  
frustra nec facere, nec permittere. Nam quemadmodum, tam in brutis quam in hominibus vix lineola apparet, quin aliquid occulsi, & futuri euentus de ea cuius est, significet

gnificet (vt de ijs plena extant vo-  
lumina) sic etiam nomina, quę sem-  
per nutu Dei hominibus & rebus  
imponuntur, mirabilibus esse re-  
ferta misterijs, apertę sacrę confir-  
mant literę: testantur enim iussisse  
*Gen. 2. 2. 19.* Deum Adamo, vt rebus nomina  
imponeret, quibus illa imposuit,  
*Gen. 2. 23.* quę & naturam, & eorum effica-  
tiam exprimerent; vt de Eua sta-  
tim subiungitur exemplum, quod  
appellata sit virago, quia de viro  
sumpta est, & Adam sic dictus,  
quia ex terra formatus. planum  
etiam est nullum nomen sanctis  
patribus fuisse datum, quin illo-  
rum naturam, & futuram sanctita-  
tem exprimeret. Illud quoq; ma-  
gnam vim proprijs in esse nomini-

bus demonstrat: quod Abrahę  
*Gen. 17. v. 1.*  
*15. 15.*  
*Gen. c. 31.*  
*v. 29.*  
Sarę, & Iacobo Patriarchis con-  
tingit; qui cum ad maiora à Deo  
destinati fuissent, nec essent eorū  
fatis apta nomina, illos Abraham  
& Saraj (cum prius Abram &  
Sara dicerentur) & hunc Israelem  
dici precepit: Et Zacharias in Euā-  
gelio, Spiritu sancto admonitus,  
non quod ipse volebat, sed quod  
illi monstratum fuit, filio nomen  
imposuit. extant passim multa hu-  
jusmodi exēpla, quibus docemur,  
vt firmissime teneamus, nomina  
hominibus attributa, esse indices  
illorum futurę vitę. Inde moniti  
sanctissi: & doctissi: Cabaliste, quo  
testarentur & in minimis Dei mi-  
rabilia



rabilia splendere, non sine Diuino  
afflatu, Artem hanc Onomanticam  
ad inuenerunt: quam quidem Py-  
thagoras excoluisse, ipsius monu-  
menta demonstrant; quem sequuti  
sunt pleriq; alij grauissi: viri, quo-  
rum nomina longum esset recen-  
sere; qui diuinis scriptis, & longa  
experientia edocti, posteris testati  
sunt; nomina hominibus, non casu  
aliquo, sed Diuina inspiratione im-  
poni, & quod ex literis quibus illa  
componuntur & numeris, facile  
elicere possumus, quid unicuique  
euenire debeat: sunt enim literæ  
quæ bonæ dicuntur, initia diuino-  
rum nominū, quæ appellantur be-  
nignitatis, male vero indignatio-  
nis (vt ita dicā) Dei contra nos, vt

sunt N. numen Dei. H. Heheie R.  
Rector. male vt sunt B. Babilon,  
Beelzebub. C. Caligo. vt est illud:  
Induc super eum caligo &c. hæc  
non adduco, quasi velim affirmare  
ab ijs esse deducta, sed vt insinuem,  
quod tali ratione, à summis artifi-  
cibus ista sunt excogitata, quibus  
& numeros attribuerunt, ijsdem  
diuinis nominibus & cœlestibus  
signis couenientes, vt omnia certa  
lege in vnum compacta, de qua-  
cunque interrogatione verissima  
ederent responsa. Nec aliquis de  
veritate huius artis ambigere de-  
bet, quod multi inueniantur, qui  
vno & eodem nomine dicuntur:  
nam impossibile est, vt quis eodem  
patris

patris & matris nomine, loco, tempore, & eadem cæli dispositione (quæ omnia in hac diuinatione requiruntur) nascatur. Ijs breuiter enarratis, prudens & ingenuus lector, vnde traxerint originem, & quibus fundamentis hæc nitantur, facile percipere poterit: illudque perpendens, quod nihil est tam euidens, de quo dubitari, & tam egregium quod à malignis reprehendi minime possit. Vtantur igitur hac arte pij & probi homines, & veluti eam quæ ex cælo diuina benignitate ad nos deuenit, videntur: videbunt enim (& si causam ignorent) cum admiratione certissima experimenta.

QVID

QVID SIT ONOMANTIA ET  
vnde dicatur & vsus  
eius.

O Stensis superius breuiter, quibus præsidij & firmissimis argumentis, Ars hæc nostra tutetur & fulciatur: reliquum erit, vt quid ipsa sit, & vsus illius perspicue & dilucidè demonstremus. Est igitur Onomantia Diuination, quæ consideratis proprijs tum hominum, tum aliorum rerum nominibus, literis quibus illa componuntur, numeris & cœlestibus signis quibus sunt litteræ attributæ, & alijs quibusdam, certissima de vno quoque quæsito, reddit responsa. Dicitur itaque; Onomantia ab Onoma

Onoma græcum, quod est nomen,  
& mantia diuinitio, quasi diuina-  
tio per nomen: debetq; semper in-  
terrogatio ab eo fieri, cuius respō-  
sionem scire, præcipue & maxi-  
mè interest: Nam cum ipse affi-  
citur vehementi desiderio scien-  
di veritatem illius rei de qua dubi-  
tat, à Genio siue ab intelligentia  
quæ circa ipsum est, & insensibi-  
liter actiones ejus dirigit, & ejus-  
dem curam gerit, ipsiq; per Sym-  
bola quædam futura insomnis, aut  
aliter prænuntiat, ad interrogan-  
dum, quo tempore cœli cōstitutio  
talī est, ex qua indubitate veritatē  
de quacunq; re elicere potest, exci-  
tatur. Erit etiam ad interrogata re-  
spondere volenti necessarium, vt

singula nomina quib' vteretur, juxta  
interrogationis exigentiā, integrè,  
purè, latinè, & secundū Orthogra-  
phiā, & in casu nominatiuo descri-  
bat: aduertatq; quod nomina pro-  
pria illa sunt intelligēda, quæ in Ba-  
ptismate sūt imposita, vel alioquin  
homini aut alijs rebus, ab initio sui  
ortus, à primis nomēclatoribus, in  
vno quoq; idiomate attributa, & si  
cui in baptismo duo nomina im-  
ponātur, pro vno accipi debent.

Quæ verò nomina ad vnum  
quodq; quæsitum requirantur, sub  
suis titulis, clarè & ordinatè de-  
scribentur. Ijs habitis, colligun-  
tur ex infra scripto Alphabeto nu-  
meri omnes literis adscripti, &  
secundū rationem Arithmeticam



(quam additionis vocant) in vnā  
 summā reddiguntur, quæ per 30.  
 diuidenda erit, & ex residuo, nulla  
 habita ratione quorū, inueni-  
 tur quæ sit responsio: si vero post  
 diuisionem nihil superfuerit, tunc  
 30. accipietur pro residuo. Sed  
 quoniam per sepe opus erit scire lo-  
 cum Solis, ætatem Lunæ, horas  
 diei quibus Planetis subsint, &  
 plura alia; propterea de ijs omni-  
 bus, proprias tabellas hic inferius  
 ponemus; & deinde pro maiori fa-  
 cilitate vnicū exemplū subicie-  
 mus, vt ad reliqua aditus facilitior  
 pateat, & primo Alphabetū cum  
 suis numeris, signis, & Planetis  
 delineabimus.

### Alphabetum

## ALPHABETVM ONO.

### MANTICVM.

|        |        |        |
|--------|--------|--------|
| A 13 ♀ | I 15 ♂ | R 26 ♀ |
| B 9 ♀  | K 20 ♀ | S 25 ♀ |
| C 27 ♀ | L 9 ♀  | T 28 ♀ |
| D 24 ♀ | M 12 ♀ | V 16 ♀ |
| E 15 ♀ | N 22 ♀ | X 10 ♀ |
| F 24 ♀ | O 21 ♀ | Y 5 ♀  |
| G 23 ♀ | P 24 ♀ | Z 23 ♀ |
| H 8 ♀  | Q 14 ♀ |        |

Literæ bonæ.

N H R X Y.

Meliores.

R Q Z.

Optimæ.

A E I V.

Literæ malæ.

B C D P O.

Piores.

L F G.

B

Literæ

Literæ fortunatæ.

A E H I K N Q R.

Literæ infortunatæ.

B C D F G L M O P S T.

Numeri boni.

1 5 6 8 9 11 13 18 19 21 23 25 26 28 29.

Numeri mali.

2 3 4 7 10 12 14 15 16 17 20 22 24 27 30

SIGNA CVM SVIS NV.

MERIS QVI ELICIVNTVR EX SVPE.

RIORI ALPHABETO.

|          |     |               |     |
|----------|-----|---------------|-----|
| ♈ Aries  | 94  | ♎ Libra       | 72  |
| ♉ Taurus | 124 | ♏ Scorpius    | 159 |
| ♊ Gemini | 102 | ♐ Sagittarius | 199 |
| ♋ Cancer | 130 | ♑ Capricornus | 242 |
| ♌ Leo    | 45  | ♒ Aquarius    | 138 |
| ♍ Virgo  | 101 | ♓ Piscis      | 131 |

Planetæ

Planetæ cum suis numeris.

|            |     |             |     |
|------------|-----|-------------|-----|
| ♄ Saturnus | 171 | ☿ Mercurius | 178 |
| ♃ Iupiter  | 139 | ☾ Luna      | 60  |
| ♂ Mars     | 76  | ♈ Caput     | 281 |
| ☉ Sol      | 55  | ♏ Cauda     | 266 |
| ♀ Venus    | 94  |             |     |

Planetæ fortunati.

♄ ♀

Boni.

♄ ♀ ♀

Mali.

♄ ♂

Mediocrates.

☉ ☾

Signa masculina.

♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍

Fœminina.

♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓

MODVS INVENIENDI

cujus Planetę sit quęlibet hora dici

& nomē cujuscunq; dici mēsis.

**P**rimo scire debes, quod vna quæq; dies diuiditur in 24. horas, quarum quædam sunt lucis, & quædam noctis, quæ quidem horæ lucis & noctis siue plures siue pauciores sit, diuiduntur semper in 12. partes æquales, quæ partes, horæ planetariæ appellatur: igitur inuestigaturus cuius Planetæ sit hora quælibet, accipies quātitatem diei artificialis ex Tabula quantitatis dierum (nam quamdiu Sol est super terram, illa pars diei vocatur dies artificialis, & quando Sol est sub terra, illa pars diei vocatur nox artificialis quæ duæ partes simul junctæ efficiunt vnā diem naturalem quæ est 24. horam) illamque diuides in 24. partes æquales, vt

exempli gratia, sit dies artificialis 16. horarum comunium, habito hoc quod vna quæq; hora sit 60. minorū, erunt 4. horæ diuidendæ in 12. partes æquales, quæ supersunt ad 12. horas comunes & sic habebis horas, quæ constabunt vna hora comuni & 20. minutis, & tales horæ erunt horæ Planetariæ, si volueris etiam scire in nocte secundum ejus quantitatem, planetarias horas, subtrahe quantitatem diei artificialis, à 24. horis, & residuum erit quantitas noctis, quam quantitatem, si diuiseris in 12. partes, habebis horas planetarias: vt exempli gratia, si subtraxeris 16. horas à 24. residuæ erunt 8. horæ, quæ diuisæ

B iij

in



in 12. partes, dabunt vnamquanq;  
horam planetariā, quæ cōstabit 40.  
minutis: cum ergo habueris horas  
sic æquatas, adibis supra positam  
rotulam, & pones vnitatem quæ  
descripta est in rotula volubili, sub  
Planeta illius diei, & supra vnum  
quemq; numerum, habebis Planetā  
illius horæ quem volueris: vt si ve-  
lim scire die Dominico quæ dies  
est ☉, cuius Planetæ sit hora 5. vel 9.  
diei, ponam vnitatē sub sole, & ha-  
bebo supra 5. Iouem, & supra 9. Ve-  
nerem, & sic dices horā 5. Iouis &  
9. Veneris, & sic deinceps vsq; ad  
24. horā. Pari inuenies ratione no-  
mē cuiuscūq; diei mensis, si habita  
litera dominicali, supposueris vni-  
tatē sub p<sup>a</sup> litera mensis, quam literā

disces ex sequēti tabella, & in area  
rotulæ volubilis quæsieris numerū  
ei<sup>9</sup> diei mensis, cui<sup>9</sup> nomē scire cupis,  
ē regione in exteriori circulo, ha-  
bebis literā illi diei cōuenientem,  
quā si à litera dominicali supputa-  
ueris, habebis nomē tui diei: exem-  
plo nō esset opus, sed ponem<sup>9</sup> vnū:  
sit igitur querendum nomē diei 28  
martij, quādo litera dominic: est G.  
suppono vnitatem sub D. p<sup>a</sup> litera  
mensis martij, & ē regione numeri 28  
in area rotulæ volubilis inuēti, erit  
litera C. quam si à litera G. dominic:  
supputaueris inuenies 28. Martij,  
esse diē Mercurij & sic de reliquis.

DE LOCO SOLIS INVENIENDO.

**I**Ntra sequentem Tabulā, & nota  
quo die illius mensis Sol ingredi-

tur primū gradū alicujus signi, de-  
inde numera à die ingressus Solis  
in illo signo, vsq; ad diem in qua id  
scire cupis, quot dies erunt, tot gra-  
d<sup>o</sup> peregit Sol in eodē signo: vt exē-  
pli gratia Sol ingreditur 1. gradū ♋  
21. Martij, volo scire die 5. Aprilis,  
in quo gradu sit ☉, numero à 21.  
Martij, ad 5. April: dies 15. igitur in  
15. gradu arietis erit ☉ die 5. April:  
& hoc ppter ea sic accidit, quia Sol  
pgreditur singulis dieb<sup>o</sup> paulo plus  
vel paulo min<sup>o</sup> vno gradu, quod &  
si ppter varietatē motus Solis ali-  
quādo non ita p̄cise euenerit, ni-  
hilominus nunquā aberrabit plus  
minus vno vel altero gradu, idq; in  
isto negotio nullius erit momenti.

T A B U L A.

| Numeri nominis cuiuscūq; mensis.           |   | Numeri nominis cuiuscūq; mensis. |     |
|--|---|----------------------------------|-----|
| 135. Martius habet dies 31. Sol ingreditur | 30.                                       | 21. D                            | Dis |
| 127. Aprilis                               | 31.                                       | 21. G                            |     |
| 81. Maius                                  | 31.                                       | 21. B                            |     |
| 109. Iunius                                | 30.                                       | 21. E                            |     |
| 96. Iulius                                 | 31.                                       | 21. C                            |     |
| 162. Augustus                              | 31.                                       | 24. G                            |     |
| 169. September                             | 30.                                       | 24. F                            |     |
| 147. October                               | 31.                                       | 24. A                            |     |
| 136. Nouember                              | 30.                                       | 23. D                            |     |
| 143. December                              | 31.                                       | 22. F                            |     |
| 101. Ianuarius                             | 31.                                       | 21. A                            |     |
| 185. Februarius                            | 28. quādo ē bissex <sup>o</sup> 29. 19. D |                                  |     |

Primæ literę dominicales cuiuscūq; mēsis

MODVS INVENIENDI QUANTI-  
TATEM DIEI.

HABITO gradu Solis per supra scriptam regulam, scias eleuationē tui poli, ad quam inueniendam tabellam inferius ponem⁹, deinde in latere tabulæ quantitatis dierum, quære gradum Solis vel ascendendo vel descendendo, & sub eleuatione poli tui loci, in angulo comuni inuenies quantitatem diei ad diem datam: quod si in latere tabulæ præcisè gradum Solis non inuenieris, accipe vel proximè minorē, vel proximè maiorem; vt exempli gratia, cupio scire quātitatem diei ad diem 5. Aprilis, sub eleuatione poli 48. ingredior tabulam cum 15. gra: Arietis, & quia 15. gradus ibi

non est, accipio 18. proximè maiorem, & in angulo comuni inuenio ho: 13. mi: 4. si verò hoc scrupulosè & præcisè inuenire volueris, accipe per regulas arithmeticæ partem proportionalem, & inuenies quantitatem diei ho: 12. m. 53. & erit differentia 11. minutorum à superiori quantitate, quæ differentia diuisa per 12. proueniet vni horæ paulo minus vno minu: horæ; nihilomin⁹ si in hoc nostro opere, huiusmodi diligentia negligatur, erit vel minimi vel nullius detrimenti.

MODVS INVENIEDI AUREVM NVME-  
RVM IN PERPETVVM.

Vade ad sequentem Rotulam  
aurei



aurei numeri, & quere in Rotula volubili annū tuū, & è regione, in exteriori circulo habebis optatū: vt exempli gratia, volo scire anno 1637. aureū numerum currentem, quero in rotula volubili numerum 37. neglectis 1600. quod semper est faciendum, & inuenio è regione in exteriori circulo 4. qui erit aureus numerus illius anni.

Sed quia ista rotula est perpetua, post quā fuerint absoluti centum anni qui in rotula volubili sunt notati, tunc sub illo aureo numero sub quo centenarius numerus est notatus, suppone crucem in interiori circulo volubilis rotę signatam, & habebis per alios centum annos aureum numerum, vt supra ostensum

est: vt exempli gratia, anno 1723 cupio scire aureum numerum currentem, suppono crucem sub 10, sub quo ista centuria 100 est notatum, & inuenio è regione 23 in exteriori circulo 14, qui erit aureus numerus illius anni, & sic facies in perpetuum.

MODVS INVENIENDI EPACTAM.

Vade ad Rotulam Epactę, & quere in Rotula volubili Aureum numerum, & è regione habebis in exteriori circulo perpetuo Epactam, vt anno 1637 aureus numerus est 4, hunc quero in Rotula & inuenio è regione 4. qui erit Epacta illius anni. Sed quia singulis centum annis Rotula volubilis debet semel mutari, quare in tabella su-

periori clauē Epactę, cōuenientem  
illi anno & sub illa clauī suppones  
vnitatem in rotula volubili notatā,  
& habebis per alios centū cōtinu-  
os annos Epactā, aureo numero re-  
spōdentē: vt verbi gratia āno 1700  
clauis Epactę est o. suppono vni-  
tatem vel crucem sub o. & habebō  
optatum res est per se facilis.

MODVS INVENIENDI LITERAM DOMI-  
NICALEM PERPETVO.

**Q**Uare in rotula volubili litera-  
rū dominicaliū annū tuum, (vt su-  
pra de aureo numero dictum est)  
& in exteriori circulo habebis lite-  
ram dominicalem simplicem, si an-  
nus fuerit comunis, aut duplicē si  
annus fuerit bisextilis. Sed quoniā

hęc

hęc Rotula sic est accomodata, vt  
in perpetuum ex ipsa possit quis ha-  
bere literam dominicalem, & quia  
singulis centum annis ppter bisex-  
tum, ordo peruertitur, rotula volu-  
bilis debet transferri post centum  
annos, vt crux in interiori circulo  
signata, quę modò sub numero I.  
in exteriori circulo, romanis cara-  
cteribus notato manet, veniat sub  
numero II. & sic deinceps singulis  
centū annis talis mutatio fiet, vsq;  
quo veniat ad IIII. & tunc reuer-  
tetur ad I. & quotiescunq; crux ve-  
nerit sub istis notis, II. III. IIII. sē-  
per ann⁹ bisextilis omittitur, & de-  
bes illa litera pro litera dominicali  
vti, quę infera posita est: vt an-

no 1700, quando venerit sub

D. C. relicta D. quæ seruiuit anno  
1699 accipitur C. at quando Crux  
reuerteretur sub nota I. tunc bisext<sup>9</sup>  
omitti nō debet & sic ex ista rotula,  
habebis in perpetuū sine vlla diffi-  
cultate literā Dominicalē; quādo-  
quidem istę ordo singulis quadrin-  
gentis annis ad initium reuertitur.

*MODVS INVENIENDI ÆTATEM LUNÆ.*

**C**Um volueris scire ætatē Lunę,  
primū per supradictas regulas  
scias Epactā, qua habita adde Epa-  
ctā tot vnitates, quot menses trā-  
sierunt ab initio Martij, & summā  
subtrahe à 30, & quod superfuerit  
indicabit diem mēsis, in quo fit cō-  
iunctio: sed quādo cūq; summa  
excesserit 30 semper 30 abijcitur,  
& resi-

& residuū subtrahitur de 30. vt su-  
pra, si vero summa fuerit 30. tunc  
sine vlla subtractione, indicabit lu-  
nē cōiunctionem 30. die mēsis: vt  
exempli gratia; Anno 1601. Epacta  
est 26. volo scire quo die fiat cōjun-  
ctio mēsis Aprilis, tunc addo Epa-  
ctę duas vnitates & fiet summa 28.  
subtraho 28. à 30. & remanēt 2. qui  
indicabunt cōiunctionem fieri 2.  
Aprilis. Item eodē anno volo scire  
quo die mēsis Iunij fiat cōiunctio,  
tunc addo Epactę 4. & fiunt 30. &  
sic dico cōiunctionem fieri 30. die  
Iunij. Item si volueris scire quo die  
mēsis Octobris fiat luna, tunc ad-  
de Epactā 8. & fiunt 34. abijcio  
30. & remanēt 4. subtraho 4. de 30  
C & re-

& remanent 26. & sic dico cōjunctiōem fieri 26. die Octobris, hoc habito, numera quot dies sunt à die cōjunctiōis ad diem tuam, & habebis veram ætatē Lunæ, & si volueris scire oppositiōnē adde diei cōjunctiōis 13. & habebis oppositiōnem, &c. Si volueris scire in quo signo sit Luna, vide in quo grad: signi fuit ☉ in die cōjunctiōis præcedentis, & ab illo gradu, pro vno die, numera in Zodiaco secundū successiōnē signorum gra: 13. cum dimidio, & in quo gradu signi inciderit vltimus dies, ibi erit Luna, & istę Regulæ non sunt ita præcisę veræ, sed veritati satis proximæ, quæ si alicui non satis fecerint, is consulat Ephemerides.

TABVLA CLAVIVM EPACTÆ AVREI NV-  
MERI ET LITERÆ DOMINICALIS.

| Anni Domini. | Clavis Epactæ | Clav. aor. num. | Clavis liter. D. |   |
|--------------|---------------|-----------------|------------------|---|
| 1600         | 1             | 5               | I                | B |
| 1700         | 0             | 10              | II               |   |
| 1800         | 0             | 15              | III              |   |
| 1900         | 29            | 1               | IIII             |   |
| 2000         | 29            | 6               | I                | B |
| 2100         | 29            | 11              | II               |   |
| 2200         | 28            | 16              | III              |   |
| 2300         | 27            | 2               | IIII             | B |
| 2400         | 28            | 7               | I                |   |
| 2500         | 27            | 12              | II               |   |
| 2600         | 26            | 17              | III              |   |
| 2700         | 26            | 3               | IIII             | B |
| 2800         | 26            | 8               | I                |   |
| 2900         | 25            | 13              | II               |   |
| 3000         | 25            | 18              | III              |   |
| 3100         | 24            | 4               | IIII             | B |
| 3200         | 24            | 9               | I                |   |

C ij

In hac



IN HAC PRÆSENTI TABVLA HABES ad quamlibet ciuitatem adjunctā poli eleuationem, si autem non inuenis præcisè tuā ciuitatem vel locum, tunc accipe eleuationem ciuitatis vel loci proximioris quia vel paruus vel nullus fiet error.

|                  |    |                 |    |
|------------------|----|-----------------|----|
| Ancona Italię    | 44 | Cracouia        | 50 |
| Antuerpia        | 51 | Corduba         | 38 |
| Argentina        | 49 | Cōstantinopol:  | 43 |
| Arethiū ethrurię | 43 | Damascus Syrię  | 33 |
| Alexādria ægip:  | 31 | Eatēburg scorię | 58 |
| Bononia Italię   | 45 | Florentia       | 43 |
| Basilca          | 48 | Ferraria        | 43 |
| Bruxeles Brabā:  | 51 | Franckfurt      | 50 |
| Bruna            | 48 | Fessa Aphricę   | 35 |
| Catina Sicilię   | 38 | Genua           | 43 |
| Colonia Agrip:   | 51 | Gandauum        | 51 |
|                  |    | Geneua          |    |

|                 |    |               |    |
|-----------------|----|---------------|----|
| Geneua galię    | 46 | Riga Liuonię  | 59 |
| Hierusalem      | 32 | Salamantica   | 42 |
| Hibernię Insulę |    | Sebenicum     | 43 |
| meridionales    | 59 | Spira         | 50 |
| Luteria         | 48 | Salispurgum   | 48 |
| Lypsia          | 51 | Toletum hisp: | 41 |
| Mediolanum      | 45 | Taurinum      | 44 |
| Mōs regius Pru: | 54 | Tridentum     | 40 |
| Messana Sicilię | 40 | Treniris      | 50 |
| Melita Insula   | 35 | Tessalonica   | 40 |
| Mecha           | 22 | Venetia       | 43 |
| Neapolis Italię | 41 | Vrbinum       | 43 |
| Norimberga      | 49 | Volaterra     | 43 |
| Onolspachium    | 50 | Vlma          | 48 |
| Patauium        | 45 | Vienna gal:   | 45 |
| Panormum        | 37 | Vienna Aust:  | 48 |
| Praga           | 50 | VVitemberg    | 52 |
| Roma            | 41 | VVilnalitua:  | 55 |
| Ragusia         | 42 | C iij Regulę  |    |

# REGVLAE VIGINTIDVA.

RVM INTERROGATIONVM QVÆ IN HOC

primo tractatu Artis Ono-  
manticæ fiunt.

*Primo de vita querentis vel alterius pro quo  
fiat Quæstio.*

1. **AD** interrogationē vitæ, scribe  
hæc quinq; nomina videlicet no-  
men ejus pro quo queritur, nomen  
matris, loci, & mēsis in quo natus  
est, & nomen signi in quo erat Sol  
quando nascebatur: Si vero non  
posset sciri nomen mēsis, tunc lo-  
co mēsis & signi Solis, scribe no-  
men patris, & nomen primi diei  
Ianuarij illius anni, quo fit interro-  
gatio, ex quibus quinq; nominib⁹,  
si (vt dictū est) coligantur & diui-  
datur numeri, & ex residuo elicie-

tur responsio quæsit: vt exempli  
gratia, sint nomina vt infra.

*Querentis & Matris, Loci, Mēsis, Signi.*

|   |      |     |    |      |      |    |     |   |    |
|---|------|-----|----|------|------|----|-----|---|----|
| I | 15   | L   | 9  | P    | 24   | M  | 12  | A | 13 |
| O | 21   | V   | 16 | A    | 13   | A  | 13  | R | 26 |
| A | 13   | C   | 27 | T    | 28   | R  | 26  | I | 15 |
| N | 22   | I   | 15 | A    | 13   | T  | 28  | E | 15 |
| N | 22   | A   | 13 | V    | 16   | I  | 15  | S | 25 |
| E | 15   | 80. | I  | 15   | V    | 16 | 94. |   |    |
| S | 25   |     | V  | 16   | S    | 25 |     |   |    |
|   | 133. |     | M  | 12   | 135. |    |     |   |    |
|   |      |     |    | 137. |      |    |     |   |    |

|     |             |
|-----|-------------|
| 133 |             |
| 80  |             |
| 137 | 20          |
| 135 | 519         |
| 94  | 300         |
| 579 | 119         |
|     | 3           |
|     | Supereſt 9. |

Residuū diuisionis neglecto quo-  
tiente erit 9. quo sub signo  $\pi$  re-  
perto, in nono Capitulo habebis  
integram vitæ quærentis exposi-  
tionem.

*An Infirmus sanabitur Quæstio 2.*

2. Scribe nomen infirmi, nomen  
Matris, nomen Mensis, & nomen  
diei in quo infirmatus est, & nomē  
signi in quo tunc fuit Sol, & no-  
men primi diei Mensis Ianuarij il-  
lius anni, addito millesimo currē-  
te, nomen mensis in quo natus est,  
& nomen diei quo fuit conjunctio  
Lunæ ea lunatione quo infirmatus  
est, hæc nouem nomina scribe &  
fac vt supra.

Quale

*Quale exitum sit habiturum Matrimonium  
Quæstio 3.*

3. Scribe nomen Mulieris quam  
cupis, nomen matris ipsius, nomen  
diei quo cepit amicitia, vel quo ce-  
pisti illam amare, nomen signi in  
quo fuit Sol <sup>25.</sup> Martij illius anni, *nomen diei.*  
nomen tuum & matris tuæ vel al-  
terius quærentis, pro quo fit inter-  
rogatio cætera vt supra.

*An iter fuerit prosperum, si absens reuertetur, si  
vixit vel mortuus est, Quæstio 4.*

4. Scribe nomen ejus qui est fa-  
cturus iter, vel absentis nomen  
matris ejus, nomen mensis quo di-  
scedet, vel discessit, & nomē ejus-  
dem diei, & nomen signi in quo  
fuit Sol illo mense, nomen loci in  
C v quo

quo hatus est ille pro quo fit interrogatio, & millesimum currentem, & summa vt supra.

*Quam fortunam sit quis habiturus in aliquo anno, Quæstio 5.*

5. Scribe nomen ejus pro quo fit interrogatio, nomen matris, nomē mensis, in quo natus est, nomē primi diei Ianuarij, nomen diei 25. Martij currentis anni, & nomen loci vbi natus est, & millesimum currentem, vt supra.

*An inceptum aliquot vel quodlibet exercitium sine habitu, ra bonum exitum, Quæstio 6.*

6. Scribe nomen quærentis, nomē matris, & nomē mensis in quo natus est, & nomē mēsis in quo cēptū est negotiū vel exercitiū, nomen

men loci vbi nat⁹ est, diei 25. Martij, & millesimum currentem, & c.

*An res promissa obtinetur, Quæstio 7.*

7. Scribe nomen promittentis, & nomen loci vbi ipse habitat, nomē eius cui facta est promissio, nomen mensis & diei, nomen signi vbi erat Sol quando facta fuit promissio, millesimum currentem, numerum diei mensis in quo fit interrogatio, qui si fuerit 15. loco eius pone 18. numerum dierum ætatis lunæ, & numerū horæ proximè pulsatæ.

*An dissidium vel inimicitia bene succedent, Quæstio 8.*

8. Scribe nomen quærentis & matris eius, nomen Aduersarij & matris



matris illius, nomen loci vbi captum est dissidium, nomen mensis & signi vbi tunc fuit Sol, & p<sup>r</sup>o diei Ianuarij illius anni.

*An incarceratus liberabitur, Quæstio 9.*

9. Scribe nomen Carcerati, nomen Matris ejus, nomen Mensis, diei, & loci in quo fuit incarceratus &c.

DE EODEM ALITER.

Scribe nomen Carcerati, nomen Iudicis vel Domini illius loci, nomen mensis, diei, & signi in quo fuit Sol quando fuit captiuatus, & nomen illius loci, & nomen primi diei Ianuarij illius anni.

*An grvida pariet masculum vel feminam & an partus bene succedet, Quæstio 10.*

Scribe

10. Scribe nomen prægnantis, nomen eius à quo putatur esse prægnans, nomen mensis quo concepit, & nomen mensis in quo parturiet, & nomen signi in quo fuit Sol in conceptione, & nomen primi diei anni currentis &c. Si numerus residuus fuerit dispar, natus erit mas, si par erit foemina, pro reliquo, quære responsum ex qualitate numeri, vt supra.

*De qualitate anni, Quæstio 11.*

11. Scribe nomen illius prouintia, nomen signi quod illi dominatur, nomen primi diei illius anni, nomen Planetæ Domini illius anni, nomen diei 23. Martij, nomen diei conuersionis sancti Pauli, adde numerum

numerus ætatis Lunæ, cum fit interrogatio, &c.

*Si seruus fuerit fidelis, vel decipieris ab eo cui fides, Questio 12.*

12. Scribe nomen amici vel Serui, nomen matris eius, nomen tuum & matris tuæ, nomen mensis quo capisti illi fidere, vel suscepisti Seruum, nomen loci vbi amicus vel seruus natus est, &c.

*Si aliqua sit Virgo, vel corrumperur, vel habueris bonam fortunam, Questio 13.*

13. Scribe nomen Virginis & matris eius, nomen loci in quo est nata, nomen mensis, & nomen signi in quo fuit Sol quando nata est, & nomen mensis quo fit interrogatio, &c.

An

*An Medicus sanat infirmum, Questio 14.*

14. Scribe nomen Medici, nomen quærentis & matris eius, nomen diei & mensis quo Quærens infirmatus est, & millesimum currentem.

*An fueris fortunatus in mercatura, Questio 15.*

15. Scribe millesimum currentem, numerum diei mensis, & numerum dierum ætatis lunæ, & numerum horæ pulsatæ quando volueris, incipere negotium vel mercaturam, nomen Planetæ qui dominatur illa hora, nomen quærentis & matris eius, nomen primi diei illius anni, & nomen signi in quo fuit Sol prima die anni, & nomen loci vbi quærens natus est.

An in

*An in iuuentute vel infenectute sit quis futurus  
fortunatior, vel finis fuerit bonus,  
Quaestio 16.*

16. Scribe nomen quærentis & matris eius, nomen loci, mensis, diei, & signi Solis in quo natus est, nomen primi diei anni, & 25. diei mensis Martij, & nomen signi in quo eo die fuit Sol, quod est Aries. reliqua vt supra.

*An soluent tibi debitores, Quaestio 17.*

17. Scribe nomen quærentis & matris eius, nomen mensis in quo datum est mutuum, vel creditum factum, nomē signi in quo eo tempore fuit Sol, & nomen loci vbi id accidit, nomen primi diei ejusdem anni, nomen diei 25. Martij, & nomen debitoris & c.

*Vtrum*

*utrum recipietur remuneratio ex seruitute, vel  
benefitio præstito, Quaestio 18.*

18. Scribe omnia vt supra mutatis mutandis.

*utrum diligatur quis ab amasia, & utrum amor  
sortietur bonum exitum, Quaestio 19.*

19. Scribe nomen quærentis & matris eius, nomen amasia, & matris ejus, nomen mensis, & nomen signi in quo fuit Sol quando cepit amor, & nomen loci vbi illa habitat, nomen primi diei illius anni, & nomen diei 25. Martij, & c.

*ut sciat quis quid contineat Epistola antequam  
ipsam aperiat, vel aloquatur eum qui illam  
portat, Quaestio 20.*

20. Scribe nomen eius qui portat Epistolam, nomen matris eius, & nomen loci in quo natus est,  
D nomen

nomen mensis & diei in quo portatur, & nomen signi in quo est Sol, & nomen Planetæ qui dominatur eadem hora in qua portatur Epistola, &c.

*Si cogitatum habet effectum, Quæstio 21.*

21. Scribe nomen quærentis & matris ejus, nomen mensis, & diei, & signi in quo fuit Sol quando illud cogitavit.

*Utrum res furata inuenietur & signa furis, Quæstio 22.*

22. Scribe nomen ejus cui res furata est, nomen mensis, diei, loci, & signi Solis in quo furtum factum est, quibus adde millesimum currentem, &c.

NOTA quod hæc ars, non debet tractari

tractari causa experiendi, aut jocò, aut sine necessitate: & interrogatio ab illo fieri debet (si potest esse) qui afficitur passione & desiderio sciendi veritatem de re dubia si minus per alium, & propterea ubicunq; ponitur, vt scribatur nomen quærentis, non intelligitur nomen ejus qui quærit pro alio, sed nomen ejus pro quo fit Quæstio, & tunc ponitur nomen quærentis, quando Quærens quærit pro se ipso, & non pro alio quia alioquin nihil veri elicere posses & labor esset frustra. Cæterū, in sequentibus responsionibus, jam non ponentur Tituli interrogationum, sed tantum numeri respondentes in ordine

D ij ne



ne singulis quæsitis: propterea notato numero quæsitum, statim inuenies sub eodem numero tuam responsionem.

## NUMERI RESIDVI EX

DIVISIONE QUIBUS CAPITVLIS  
RESPONDEANT.

|                       |                   |                       |                         |
|-----------------------|-------------------|-----------------------|-------------------------|
| Cap. 1.<br>1. 13. 25. | Cap. 4.<br>4. 16. | Cap. 7.<br>7. 17. 27. | Cap. 10.<br>10. 20.     |
| Cap. 2.<br>2. 14. 22. | Cap. 5.<br>5. 18. | Cap. 8.<br>8. 28.     | Cap. 11.<br>11. 21. 23. |
| Cap. 3.<br>3. 15. 30. | Cap. 6.<br>6. 26. | Cap. 9.<br>9. 19. 29. | Cap. 12.<br>12. 24.     |

INTER.

## INTERROGATIONIS RE.

SPONSIONVM, CAP: PRIMVM.

1. 13. 25.

v ♂ ○

1. **S**I interrogatus de vita, habueris vnum ex superioribus numeris pro residuo, Iudicabis huiusmodi hominem habere in facie signum aliquot naturale, & aliud accidentale in capite, esseq; hominem vafri ingenij, & cui ob liberalitatem non multa sub custodia sunt reliquenda: nam erit alienorum rerum prodigus dispensator. habebit oculos satis magnos, & erit mediocris staturæ. in rebus bellicis, & in aquis non erit fortunatus. erit iuconde cōversationis, nihilominus erit aliquando audi-

roribus molestus. erit iracundus,  
mez. sed statim mitescet, & hac de causa  
persæpe patietur periculum vitæ.  
vsq; ad 28. annum ætatis suæ, susti-  
nebit multa in itineribus. erit tan-  
quam Aries, à quo singulis annis  
aufertur velus, & singulis annis il-  
lud recuperat: Sic iste frequenter  
expoliabitur bonis, & eadem illi  
frequenter restituentur: hinc fiet,  
quod nec abundabit diuitijs, nec  
premetur paupertate. euadet mul-  
ta pericula violentæ mortis, patie-  
tur oculorum infirmitates, dies  
Martis erit illi fortunatus.

☿ Eo tempore quo Sol fuerit in  
Ariete, aberit vt plurimū à patria  
sua. Dum Sol fuerit in Tauro, erit  
felix in acquirendis diuitijs, & erit

fortunator in rebus terra nascenti-  
bus, quam in reliquis, vt sunt fur-  
menta, arborum fructus, &c. Erit  
nihilominus hoc tempore satis fe-  
lix in aquis. Dum fuerit Sol in Ge-  
minis faustè succedet illi, si nego-  
tiabitur cum fratribus & consan-  
guineis. quam diu fuerit Sol in  
Cancro, feliciter tractabit cum  
patre & matre, vt obtineat ali-  
cujus rei dominium, sed si petierit  
dona, non obtinebit. Sole in  
Leone morante, posset diuersis  
temporibus, habere tres filios,  
qui non poterunt diu cum illo  
perseuerare, posset etiam hoc  
tempore, ab aliquo principe ho-  
nores adipisci. Sole existen-

D iij      re in

*exauly* re in Virgine, nihil incipiat quod  
ipsius vtilitatem spectet, quia illi  
omnia male succedent, patietur  
graues infirmitates, & vt pluri-  
mum, quia satisfaciet prauis suis  
desiderijs, delectabitur præpostera  
venere, non sine periculo condi-  
gnæ punitionis. Occupante libram  
Sole, poterit feliciter ducere vxo-  
rem, habebit plures vxores, & erit  
fornicator. dū Sol fuerit in Scor-  
pione, morietur morbo dysenterie,  
propterea cum hoc tempore cape-  
rit laborare hoc morbo, disponat  
res suas: tunc non incipiat lites,  
non intret aquam profundam, non  
currat equo, nec ascendat alta loca,  
quia erit in periculo casus, nec bi-  
bat aquam noctu, quia erit illi ma-

xi mi nocuenti. Sole in Sagita-  
rio, poterit foelicius qualecūq; iter  
hoc tempore per ceteris anni tem-  
poribus suscipere, quamuis ex sua  
negligētia patietur periculum fur-  
ti. Sole in Capricorno, incipiat *fact*  
quid velit, quia erit in omnibus  
fortunatus. Sole in Aquario, erit *sen*  
periculum, ne contra suum velle  
cogatur ducere vxorem. Sole in  
Piscib<sup>9</sup>, erit periculum ne accipiat  
vulnus in pectore, & patietur in  
mēbris genitalibus, & forte etiam  
morsu canis. color crocens & ru-  
beus fauebunt illi erit fortunatus  
in animalibus minoribus, quæ sint  
vni coloris & non varij, habebit  
fortunam versus orientem. longi-  
D v rudo

rudo vitæ ipsius, erit in tribus terminis: nam si superauerit 20. annum ætatis, perueniet securus ad 28. & si euaserit 28. durabit vsq; ad 73. si in quinq; nominibus interrogationis, fuerint 5. aut 7. A. vel 3. N. augebuntur omnia bona, & minuentur mala, quæ superius dicta sūt: si fuerint 6. A. minuetur bonitas, sed nō augebitur malitia, si fuerint 4. A. vel 2. N. tunc augebuntur multum mala, & minuentur bona: si vero nulla istarum literarum in ijs nominib<sup>9</sup> fuerit, dices, quarentem esse hominem malignum, hypocritam, turpem, & infimi generis, & talem qui neminem diligit, nec ab alijs diligitur, &c.

2. Infirmus

2. Infirmus sanabitur, & cito.

3. Vxor diligit maritum, & erit præceps ad iram, sed tamen casta & bonæ famæ. Et si sit faciendum matrimonium, illud deducetur ad bonum finem.

4. Iter erit prosperum & utile. Absens reuertetur, & est in partibus septemtrionalibus, viuit & bene se habet.

5. Habebit in præsenti anno bonam fortunā, & meliorem si fuerit vxoratus.

6. In ceptū qualecūq; bene succedet, et optimè si sit bellicū exercitiū

7. Res promissa seruabitur, quia promissor est vir iustus.

8. Eris victor, & dominaberis inimico.



9. Liberabitur incarceratus, intercessione & auxilio nobilium militum.

10. Parturiet masculum, & par-  
tus erit felix.

11. Erit copia rerum, & aliquid belli, sed sine damno in Italia, non erit inundatio aquarum, erit aliqua mortalitas ex acutis febribus.

12. Seruus erit fidus, sed erit iracundus & bellicosus, & propterea tibi non diu seruiet, nisi fueris in bello. & amicus erit fidus, sed ex qualitate serui.

13. Est Virgo, nec violabit virginitatem, erit casta & bonæ famæ.

14. Sanabit medicus infirmum, procul omni dubio.

15 Eris

15. Eris satis cōmodè fortunatus in mercatura.

16. Erit tam in iuuentute quam in senectute variæ fortunæ, & est timendum ne malè moriatur.

17. Debitor tibi satisfaciet, quia est vir justus, & bonæ conscientie.

18. Remuneraberis ob seruitutē, & maximè si fuerit ob militiam.

19. Amat te fideliter & sincerè, est animi virilis & bonæ staturæ, & habebit notam supra oculum dexterum.

20. Tractabit Epistola de dominis, de bello, & de rebus ad militiam spectantibus.

21. Habebit cogitatum bonum exitum, & maximè si sit de rebus bellicis.

22. Furtum inuenietur, quia pro-  
detur ab amico fido furis. & erit  
Fur mediocris staturæ, oculis par-  
uis & pfundis, macer, & fuit miles,  
est coloris castanei, incedit rectus,  
habet accidētale signum in capite,  
& naturale à natiuitate supra ocu-  
lum dexterū vti lentigo vel porrus.

CAP: SECVNDVM.

2. 14. 22.  
8 9 10

1. **V**Nus ex ijs numeris si resi-  
duus fuerit, dies hominem  
esse magnę stature, facie lentigino-  
sum, iocundi sermonis, iactatorem  
& animosum, vitam ducet obsce-  
nam. Erit homicida, & malè peri-  
bit,

bit, nisi ex diuinis literis aliud præ-  
signetur. Sole existēre in 8, omnia  
illi bene succedent. Sole vero ma-  
nente in 14, quæcunq; manu sua cō-  
struxerit, euadent miro modo per-  
fecta, cum summa ejus vtilitate, &  
posset isto tempore ob exercitiū  
medicinę, honorē & nomē magnū  
acquirere. Erit lætus, & studebit  
mendacia nugāsq; profundere, vel  
diuendere. Si fuerit natus noctu,  
secundū ætatē & cōditionem ipsi⁹,  
posset magna lucra & magnos ho-  
nores adipisci, sed si in die sit nat⁹,  
lucra emergent in vtilitatem al-  
terius. Sole in 9, difficile pote-  
rit cauere molestias, & tediosos  
aspectus, migrabit ex vna ciui-  
rate

tate ad aliam, & aliquid præstabit  
quod illi emolumentum & hono-  
rem adferet. Leonem Sole per-  
currere, dabitur illi occasio aliquid  
emendi, aut vendendi, & euitare  
non poterit, quin illi hoc tempore  
Pater & mater moriantur, erit tunc  
negligens & piger, & caueat à mu-  
lieribus, verendum est ne aliquid  
damni in membro virili patiatur.  
Sole in ♈, intra hoc tempus, plures  
filios & filias acquireret. Sole in ♎,  
sustinebit multas infirmitates, &  
præcipue dolorem capitis, multos  
flatus, passionē cordis, & Hepatis  
affectionem. Dum Sol fuerit in  
Scorpione, & ipse fuerit ætate ad  
hoc apta, ducet uxorem conditio-  
ni suæ

CAP: SECVNDVM.

ni suæ conuenientem: & si illi sic  
placuerit, poterit diuersis tempo-  
ribus quatuor ducere vxores, quas  
si actu non ducet, illis tamen pro-  
mittet, & promissis non stabit.  
Sole in ♈, caueat sibi à missilibus,  
vt sunt Sagittæ & bombardarum  
globuli, quia si hoc tempore ijs ar-  
mis non peribit, morietur morte  
naturali. Cum Sol fuerit in Capri-  
cornio, faciet Iter, accipiet vulnus  
Sagitta, & laborabit morbo capi-  
tis, & de ijs omnibus sanabitur:  
posset & aliquid boni ab aliquo  
magno Principe adipisci. Sole in  
♎, exerceat vel non exerceat mer-  
caturam, lucrabitur aliquid diui-  
E tiarum

## CAP: SECVNDVM.

tiarum. Sole in x, vexabitur ab armis, & patietur detrimentum in re familiari. Sole ♃ tenente, patietur periculum ignis, & auffugiet à patria, propter falsum Testimonium & saluabitur. Longitudo vitæ, conscribitur duobus terminis, id est in 28. & 60. anno. Colores croceus, rubeus, & albus fauebunt illi, tam si fuerint in pannis, quam in lapidibus prætiolis: caueat ab ijs qui habent oculos glaucos. dies Iouis & dies Veneris erunt illi felices. Si in quinq; nominibus fuerit litera B. vel O. semel aut ter, erit quærenti optimum, & erit certior quod omnia bona quæ superius illi sunt promissa habebit.

## CAP: SECVNDVM.

Videlicet diuitias, honores, mulierum gratiam, & cætera quæ veniunt sunt dicata. Si vero habuerit literam B. vel O. bis aut quater, erit pessimum: nam erunt bona promissa incerta & fluxa, & mala videlicet vulnera, infirmitates mors violenta, lites, & contentiones, & reliqua certissima. Si vero harum literarum nulla fuerit erunt omnia mediocria.

2. Suffocabitur catharro, cum tali morbo sit à natura subiectus.

3. Non bene succedet matrimonium, nam vxor violabit illud, & studebit interficere maritum.

4. Iter erit pessimum, cum periculo aquæ inimicorum & prædationum.

E ij num.



num, & absens nō reuertetur, nam  
versus septentrionem suffocatio-  
ne mortuus est.

5. Non habebis fortunam hoc  
anno, propter lites mulierum cau-  
sa emergentes, patieris detrimen-  
tum in re familiari, & hoc anno ca-  
ueas ab aqua.

6. Inceptum non bene succedet,  
& exercitium cum detrimēto erit.

7. Non obtrinebis promissum,  
qui promisit est vir inconstans &  
meretricius.

8. Ex hoc dissidio eueniet ho-  
micidum, & sub specie amicitia,  
inimicus studebit te prodere, &  
erit inimicitia tecta.

9. Nō liberabitur è carcere, sed

vel priuabitur vita, vel relegabitur  
ad loca maritima, siue ad triremes.

10. Parturiet feminam, & tam  
parturiens quam partus erunt in  
discrimine vitæ.

11. Erit hoc anno caritas anno-  
næ, non erit bellum, sed magna in-  
undatio aquarum, ex catharro mo-  
rientur multi, & plures ad judica-  
buntur morti. erunt lites mulierū  
causa, & prodibunt in ijs multi fal-  
si testes, & plurimi mancipabun-  
tur carceri propter debita, præter  
consuetudinem.

12. Seruus erit infidus & fugax  
latro, & cui fidis violabit thorum  
tuum, vel aliquid aliud venereum,

E iij      ille

CAP: SECVNDVM.

ille in domo tua contra honestatem admitter.

13. Non est virgo, & erit domui suæ & consanguineis, propter in honestatem magno dedecori, & periclitabitur in itineribus.

14. Non sanabit infirmum, quia est vagus & indoctus.

15. Nō habebis fortunā, ab aduenis decipieris, & ab ijs quibz fidis.

16. Eris in iuuentute fortunatior, & ob venerem malè peribis.

17. Non soluet debitor, quia vir instabilis est, & meretricibus deditus, & mouebit tecum lites.

18. Non remunerabit te, imo pro remuneratione, incipiet tecum cōtentiones.

CAP: SECVNDVM.

19. Non amabit te, imo eris ipsius causa in discrimine vitæ.

20. Epistola est de rebus venereis, de lusibus, cantibus, saltationibus, & de iurgiis, quæ mulierum causa emerferunt.

21. Non habebit effectum, & si habuerit effectum, erit causa inimicitiae cum periculo vitæ.

22. Furtum non inuenietur, nisi cum maxima difficultate. Fur est magnæ stature, bene cōpactus, magis ad pinguedinem quā ad magredinem tendens. roronda & alba facie, albis oculis, delitijs deditus. est publicus latro, signatus lætigrine in maxilla sub oculo sinistro, est aduena, & à parte sepe trionali.

# CAP: TERTIVM.

3. 15. 30.

II 8 7.

I. **A**Liquo superiorum nume-  
rorum remanente, prædices  
hominem esse macrum, largis hu-  
meris, tibijs subtilibus, habentem  
signum vnum in pectore & infini-  
stra coxa, habebit etiam multas ci-  
catrices vulnorum & apostematū  
in corpore, erit vitiosus & mali-  
gnus, in litibus & in acquirenda  
re familiari infelix, persequentur  
illum inimici, & si diuinæ literæ  
aliud non persignauerint eo quod  
malè viuet, pessimè peribit. Dum  
Sol fuerit in II, erunt illi omnia  
prospera. Sole in 8 erit fortuna-  
tus in emendis & vendendis pæ-

# CAP: TERTIVM.

coribus maioribus, & fructib⁹ ar-  
borum. Sole in ♄, habebit ex no-  
uerca fratres, qui nutriti & edu-  
cati non poterunt cum illo conue-  
nire. Sole in ♊, sustinebit multos  
labores, & pauca ex paterna hære-  
ditate, possidebit. Peragrans Sole  
♋, habebit vxorem, quæ illi partu-  
riet vno partu. geminas filias, nisi  
ipsius nouerca illud patri suo antea  
nō præstiterit. Sole in Scorpione,  
erit multis difficultatibus impli-  
citus, & ob passionēs animi inci-  
det in morbū. Sole in ♎, erit qua-  
renti prosperum vxorem ducere,  
nam cum illa optimam dotem ac-  
quiret, numerus vxorum erit par.

E v Sole

## CAP: TERTIVM.

Sole in ♊, hoc tempore ex fluxione sanguinis à naso morietur. nec tūc aliquid incipiat, quia illi omnia aduerlè succedent, si forte coactus fuerit negotiū aut mercaturā tractare, tractet occidentē verl<sup>o</sup>. Sole in ♋, hoc tempore quæret quēdam quæ maximè cupiet habere, & habebit illa, & erunt illi maximo ad iumēto, versabitur cum religiosis, & de reb<sup>o</sup> religionis tractabit. Sole in ♌, nō assumat iter, quod si coactus id fecerit, caueat sibi ab aqua, & est verendū ne suffocetur à catharro, sæpe tunc lucrabitur, & sæpe perdet mulierum causa. Sole in ♍, erit illi hoc tempus aptissimum ad

## CAP: TERTIVM.

ad exercēdam mercaturam, præ reliquo tempore anni. Sole in ♎, nihil tractet, sed tantum p<sup>o</sup>priè saluti diligenter consulat. terminus 20. & 23. annorum ætatis, erit periculosus, quem si euaferit, morietur eadē ut dictū est fluxu sanguinis. fauent illi omnes colores præter nigrū. Si in quinq; nominibus fuerint vnum C. aut vnū P. vel tria C. aut tria P. euenient quærenti plenius quæ prædicta sunt bona: dabit operam literis, & inquireret scientiam rerum cœlestium, incombet mercaturæ juxta conditionē suam, & incautos aliquando decipiet: Si vero fuerint duo C. aut duo P. erit quærenti malum: Similiter



CAP: TERTIVM.

si nulla istarum literarum adfuerit, esset malum nam pateretur ab armis, nec posset tutus incedere, & quæ alijs infligere conabitur, infligentur illi, &c.

2. Morietur ob debilitatem nervorum, aut ob vulnera brachij vel humeri.

3. Matrimonium erit infelix, vxor meretrix, & sacerdotibus se commiscet, morte violenta morietur, quia maritum studebit veneficiijs tollere.

4. Iter erit pessimum, cum periculo ne à latronibus expolietur, & absens non reuerteretur viuus, quia interficietur secreto à p̃ditoribus.

5. Habebis hoc anno variam

CAP: TERTIVM.

fortunam, decipieris à mercatoribus, aut scribis, aut vsurarijs.

6. Incæptum non bene succedet, & in exercitio patieris damnum à furibus.

7. Promissio non seruabitur, quia p̃missor est mercator & deceptor.

8. Dissidium erit propter bona, & nisi quærens fuerit cautus superabitur ab inimico, intercedent fraudes & vulnera inter illos.

9. Nisi ipsemet aliqua fraude euaserit, suspendetur quia fur est.

10. Natus erit masculus, & tam ipse quam mater erunt in periculo vitæ.

11. Erit caritas & bellum, quod non

CAP: TERTIVM.

non fiet armis inter populos, sed  
proditionibus inter magnates.

12. Servus erit in fidelis, patieris  
tūm in honore, tūm in re familiari  
damnū, & decipieris ab illo. Ami-  
cus erit simulator & proditor, qui  
in ore mel, in manu siccam, & in  
corde venenum habebit.

13. Puella si ob imbecilitatem  
ætatis non est corrupta, certè cor-  
rumpetur, sed cautissimè & occul-  
tissimè, & fiet illa parte liberalis  
quam natura negavit.

14. Non sanabit te medicus, quia  
fraude & sine arte adhibebit medi-  
camēta, erit fortè aduena & vaga-  
tor, qui dolo tibi auferet pecunias.

15. Eris

CAP: TERTIVM.

15. Eris infortunatus, decipieris  
ab ijs quibus fidis, & si in mercatu-  
ra habueris socios, eris ab illis de-  
ceptrus, propterea relinquas.

16. Habebis meliorem fortunam  
in senectute, propterea ante 30. an-  
num, nec mercaturā nec quid aliud  
incipias, & nisi fueris interfectus  
mories fluxu sanguinis.

17. Non soluet debitor, nisi bo-  
nis verbis.

18. Remuneraberis verbis &  
fraudibus, sed non pecunijs.

19. Amat te simulatè, imo per  
personas parvas & mercuriales,  
ipsius causa instruentur tibi insidię  
noctu, quibus in maximo vitę pe-  
riculo eris.

CAP: TERTIVM.

20. Epistola erit de mercimonijs, de fraudibus, de furtis, de exactoribus pecuniarum, de litibus, & inimicitijs propter bona, & qui illam portat est fur & mendax.

21. Cogitatum non habebit bonum exitum, quia decipieris.

22. Furtum non inuenietur, quia Fur est cautus & astutus, & secretè furatus est, & est parvæ staturæ, & fortè mediocris, potius macer quam crassus, fusco & castaneo colore, oculis parvis, & fuit miles, cui frater aut consanguineus interfectus est.

CAP:

CAP: QVARTVM.

9

1

4

16.

1. **A**Liquo ex ijs numeris remanente, prænuntiabis hominem esse staturæ satis magnæ, maculatus in facie, & qui habet signum aliquod sub cingulo, & sub sinistro vberè. patietur in manibus, cruribus & pedibus. extrinsecus & apparèter dabit bona verba, & præ se feret amare probitatem & honestatem, sed re ipsa erit animo iracundus, & qui nulla ratione gubernatur, per fas & nefas lucra ad se trahet. erit bonæ intelligentiæ, quamvis id parum demonstrabit. vulnerabitur lancea,

F

& d

CAP: QVARTVM.

& à Cane mordetur. vsq; ad 28. annum ætatis erit in periculo ne interficiatur, & occultè erit ipse met homicida. Si Mulier fuerit, corrumpetur ante & post matrimonium, erit sterilis, supponetur à consanguineis, erit vitæ brevis & infortunata, & morietur in ægestate. Sole in ☿ existente, erunt illi omnia fausta. Sole in ♀, exercet mercaturam cum furmentis & armentis quia lucrabitur. Sole in ♂, frater ipsius (si aliquem habuerit) vel aliquis illi consanguinitate propinquior, adipiscetur magnos honores, sed ipse illi superuiuet. Sole in ♁, erit ali-

quantu-

CAP: QVARTVM.

quantulum pius, sed si exercuerit mercaturam, & hoc tempore aliquod inde detrimentum accipiat, ex tali damno, deueniet in vltima ætate ad maximam paupertatem. Sole in ♀, habebit multos Filios diuersis annis, qui illum multis molestijs afficient. Sole in ♁, habebit aliquas infirmitates, quæ illum penè in Solo alieno interficient. Sole in ♁, ducet hoc tempore duas vxores, quarum prima erit pessimæ naturæ, altera vero proba & fidelis. Sole in ♁, incipiet longa itinera, & hoc tempore erit finis vitæ ipsius. Sole in ♁, versabitur circa

F ij      aquas,



## CAP: QVARTVM.

aquas, & nauigabit mare. Sole in  
 v, in principio vitæ habebit intra  
 hoc tempus satis bonam fortunā.  
 Sole in 8, exercebit cum mulieri-  
 bus venerem, & negotiabitur cum  
 pecunijs, & aduenient illi varijs  
 rationibus multum Argenti, sed  
 hoc magis in iuuentute quam in  
 senectute, & ex rebus nullius mo-  
 menti & vtilitatis, accipiet maxi-  
 mam delectationem. Sole in x,  
 soluat debita, quia est periculum  
 ne hac causa mancipetur carceri.  
 Erunt illi timendi 8. & 15. annus  
 ætatis, quos si euaserit diu viuet,  
 mors ejus erit ex hærbis, vel ex re-  
 bus quas illi mulieres ad comme-  
 dendum

## CAP: QVARTVM.

dendum dabunt: cum vero vide-  
 rit quod illi crura intumescere in-  
 cipient, componat res suas, quia  
 ex ea infirmitate, non euadet. Co-  
 lor niger fauebit illi, sed croceus  
 aduersabitur. Si in quinq; nomi-  
 nibus fuerint vnum D. vel vnum  
 Q. aut tria D. vel tria Q. erit que-  
 renti bonum, & longe melius quā  
 supra dictum est: erit lætus & ha-  
 bebit magnam delectationem cir-  
 ca aquas piscando & nauigando,  
 & conuersabitur cum scribis, &  
 Mathematicis, & pueris, & hu-  
 jusmodi hominib<sup>9</sup>, qui illi nullum  
 damnum adferre poterunt. Si ve-  
 ro fuerint duo D. vel duo Q. erit  
 F iij quæ-

CAP: QVARTVM.

quærenti longè pejus quam supra dictum est: sed si nulla istarum literarum fuerit, erit semper malencolicus, & semper cogitabit de laboribus, & de agricultura: versabitur cum homicidijs & pessimis hominibus, qui illum minis & terroribus perpetuò vexabunt.

2. Morietur infirmus ex frigiditate & humoribus malencolicis.

3. Matrimonium nō habebit bonum exitū, mulier erit fugitiua & infidelis: idem de marito dices.

4. Iter sit pro quouis negotio, erit infeliciss: & cum periculo vitæ. Absens nō reuerteretur, imo morietur in Aqua vel Igne versus septentrionem.

CAP: QVARTVM.

5. Iste annus non erit tibi fortunatus, sed amittes aliquid furto, & si habueris armenta morientur tibi, persequentur te inimici, & Aqua vel Pluuiæ vastabunt tibi agros.

6. Incæptum non sortietur bonum effectum, & exercitium erit cum damno, & si habes socios ipsi decipient te.

7. Nō obtinebis promissū, quia pmissor est instabilis & sine fide.

8. Malè eueniet tibi ex dissidio, & nisi cessaueris, suppeditaberis ab inimicis, & erit inimicitia breuis quia morientur partes & præcipui duces: hoc iudicabis juxta partium conditionem.

9. Incarceratus non exibat, sed propter falsum Testimonium, secundum consuetudinem loci & patriæ punietur.

10. Parturiet foeminam, & partus erit malus, & parturiens erit in periculo vitæ, ppter debilitatē.

11. Erit caritas & inundatio aquarum, & mortalitas pecoris minoris, & periculum pestis, & destructionis populi.

12. Servus erit fur & fugitiuus, & is cui fidis est deceptor.

13. Puella est corrupta, & erit meretrix, & preposterio coitu poluetur, & adhærebit aduenis & viris ignobilibus.

14. Non

14. Non sanabit te Medicus, quia est vagus, indoctus, mendax & fugitiuus.

15. Non eris fortunatus, imo parieris magnum damnum, secundum quantitatē rei.

16. Non eris fortunatus, nec in iuuentute nec in senectute, nisi habueris lunam in domo sua, aut in sua exaltatione.

17. Non soluet debitor, quia est deceptor & fugitiuus.

18. Non accipies remunerationem, quia qui debet est vt supra.

19. Non diliget te, nisi certis temporibus, erit publica meretrix, & frequentabunt illam prædones,

F v homi.

CAP: QVARTVM.

homicidæ, & carnificum comites,  
& propter illam fient homicidia  
& furta.

20. Epistola erit de ædificijs,  
de agricultura, de itineribus, de  
rebus aquaticis, instabilibus, &  
tardis.

21. Non succedet cogitarum,  
si prosequaris illud ad effectum  
deducere, penitebit te: & si sit de  
homicidio vel furto secreto, erit  
cum periculo carceris & amissio-  
nis vitæ.

22. Furtum non inuenietur,  
nisi cum maxima difficultate: Fur  
est magnæ staturæ, facie rotunda,  
& lentiginosus, oculis latis, &  
multi

CAP: QVINTVM.

multi sermonis, saepe facit iter, est  
aduena, incedit rectus, nasum ha-  
bet mediocre, potius breuem  
quam longum, &c.

CAP: QVINTVM.

5. 18.

Ω ○

1. VNo ex.ijs numeris super-  
manente, iudicabis hominē  
facie rotunda, oculis colore inter  
ceruleum & nigrum, erit ingenio-  
sus, animosus, audax, animi nobi-  
lis, astutus, & staturæ comunis,  
dentes habebit raros, & magna  
crura, & quādo inceder videbun-  
tur ipsius genua resonare, habe-  
bit



## CAP: QVINTVM.

bit signum in pede, in lumbis & vnū sub brachio, in principio ætatis non erit adeo fortunatus in itineribus: Subibit multa pericula in aquis, & fungebitur bellicis officijs. post 28. annum euadet fortunatiss. & diutissimè viuet, & optimè terminabit vitam. fœmina erit casta & honesta & fortunata, etsi propter aliquam indignationem, incidet in inimicitias non parui momenti: Erit iracunda sed facile quiescet, delectabitur potu. Sole manente in  $\Omega$ , erit natus ad diuitias, & ad alia fortunatus. Sole in  $\pi$ , tractabit negotia solus, & associatus, in quibus multum lucrabitur.

## CAP: QVINTVM.

rum. Sole in  $\pi$ , si habuerit fratres, contendet cum illis, & post contentiones & mala quæ inde sequentur, redibunt in gratiam Sole in  $\mu$ , erit causa discordiarum inter patrem & matrem suam, quamuis ab ambobus summè diligitur. Sole in  $\alpha$ , si habuerit Filios, vel alios quos vti filios diligat, sentiet ex ijs summā consolationem. Sole in  $\omega$ , incidet in maximas infirmitates, propter in dispositionem stomachi: accipiet vulnera mortalia, ex quibus tamen omnibus sanabitur: habebit signum in membro virili, & defferet caput aliquantulum inclinatum. Sole in  $\pi$ , ducet vnā vel tres vxores, vna erit virgo, &

duæ viduæ, & ipse erit hoc tēpore  
 maxim⁹ vorator carniū. Sole in ♌,  
 caueat ne nauiget mare, quia erit in  
 periculo submersionis. Sole in ♍,  
 laudet Deum, quia illi multo plura  
 bona euenient, quā reliquo tempo-  
 re anni. Sole in ♎, tractet quęcunq;  
 negotia, quia omnia illi bene suc-  
 cedent. Sole in ♏, erunt illi itinera  
 propitia, & ppter locorum muta-  
 tionē multum lucrabitur. Sole in  
 ♐, non faciat iter, quia in eo facile  
 peribit. terminus vitæ erit circa  
 33. annum, quem si euaserit, perue-  
 niet ad 72. & tali ratione peribit,  
 vt sint dubitaturi, in quo loco sit  
 illi danda sepultura. Habebit for-

tunam

tunam in omnibus coloribus, præ-  
 ter quam in nigro. Si in quinq; no-  
 minibus fuerint tres, quinq; aut  
 septem E. aut totidem R. erit na-  
 to optimum & felicissimum, de-  
 lectabitur mercatura, & conuersa-  
 tione doctorum hominū, quod si  
 fuerint duo, aut quatuor E. & toti-  
 dē R. erit nato pessimū, consumet  
 totam penē ætatem in litib⁹ & cō-  
 tentionib⁹, cū personis infimę cō-  
 ditionis & malignæ naturæ, quod  
 si nulla istarum literarum adfuerit,  
 exulabit à patria, commitet adul-  
 teria, & erit consanguineis suis  
 odiosus, & sustinebit multas inju-  
 rias & carceres, &c.

2. Sana-

CAP: QVINTVM.

2. Sanabitur infirmus, quia est homo bonæ dispositionis, cōstans, & ad pietatem deditus, & diu viuet.

3. Matrimonium bene succedet, & mulier diligit maritum summa fide, & erit honesta & animi nobilis.

4. Iter erit prosperum, cum utilitate ab aduenis, & principibus. & Absens viuit, & est in partibus septentrionalibus, vbi secundum suam conditionem, ab aliquo principe vel nobili benè tractatur.

5. Habebis hoc anno bonam fortunam, & præsertim in negotijs magnatum.

6. Omnia

CAP: QVINTVM.

6. Omnia tibi bene succedent, cum lucro & honore.

7. Obtinebis pmissum, quia promissor ē animi nobilis & liberalis.

8. Bene succedet dissidium, & superabis inimicum, ē fiet pax cum honore tuo.

9. Euadet ex carcere ob amicitiam nobilium, & quia ipse est probus.

10. Parturiet masculum, & erit nato & parenti auspdatum, & habebunt inde parentes gaudium.

11. Erit rerum abundantia, & pax inter principes. pecora & terræ nascentia, afferent suis dominis gaudium.

G

12. Erit

CAP: QVINTVM.

12. Erit seruus fidelis & morigeratus. & amicus erit etiam fidus.

13. Puella est pudica, morigerata, stabilis & nobilis animi.

14. Curabit te medicus, quia doctus & probus est, & ingenui animi, qui plus honorem, quam pecunias curat.

15. Mercatura erit felix cum lucro, & quia quærens est ad ipsam aptus.

16. Eris fortunatior in senectute, & bene morieris.

17. Soluet debitor, cum sit probus & generosi animi, de quo multa tibi spondere potes.

18. Remuneraberis, quia dominus est vt supra.

CAP: QVINTVM.

19. Amabit te fideliter, sine difficultate & simulatione habebis optatum.

20. Epistola erit de eloquentia, de muneribus, de magnanimitate principum, de actionibus nobilibus.

21. Cogitatum succedet cum honore.

22. Furtum inuenietur, qui furatus est, staturam habet magnam, faciem rubram, oculos latos ad albedinem tendentes, absoluit multa itinera est jracundus, principibus seruiuit, & est versatus in ipsa domo in qua fecit furum.

G ij

Cap:



# CAP: SEXTVM.

6. 26.

¶ ¶

**I.** **Q** Vivis ex ijs numeris, indicat hominem decetis aspectus, decora facie, & jucunda conversationis, habebit signum in pedore & in capite, & colorem ad albedinem tendentem: cogitationes ejus, sit vir siue mulier, ut plurimum parturient bonum effectum, quamvis incidet in multa pericula vitæ ex quibus euadet, & plusquam suæ cōditioni convenit, erit instabilis: habebit apud se libenter conuiuas, sed qui pulchram uxorem habet, non admittat illum in domum suam. Sole in ♈, feliciter

## CAP: SEXTVM.

eiter mercabitur & vēdet. Sole in ♈, accipiet beneficium aliquod à principe. Sole in ♈, tractabit negotium cum fratribus, vel propter fratres, vel huiusmodi, qui sint fratribus erga illum in amore similes. Sole in ♈, habebit contentiones cum patre aut matre, propter irreuerentiam, aut propter aliud, cuius ipse erit in causa. Sole in ♈, multa dicet se facturum, & nihil faciet: vulnerabitur in crure, vel morietur à cane. Sole in ♈, laborabit morbo oculorum, & nocebunt illi detractores. Sole in ♈, ducet duas uxores, vel spondebit illis. Sole in ♈, caueat quia intra hoc tempus

G iij mo-

## CAP: SEXTVM.

morietur. Sole in  $\gamma$ , erit fortunatus in acquirendis diuitijs, præsertim circa 35. annum ætatis. Sole in  $\pi$  & in  $\zeta$ , sustinebit variam fortunam, acquireret tamen præter spem multas diuitias: Conficiet multa itinera, & migrabit ex vna ciuitate in aliam. Sole in  $\Omega$ , si exercuerit mercaturam cum pecoribus maioribus lucrabitur, sed vitet siluas, ne lædatur ab animalibus ferocibus, aut captiuetur ab aliquibus. Si excefferit 40. annum, perueniet ad 65. Si in quinq; nominibus fuerint 2. aut 4. E. vel totidem S. erit nato longe melius quam dictum est supra, si vero fuerit

## CAP: SEXTVM.

rit vnum E. aut quinq; vel totidem S. erit nato malum, sustinebit multas tribulationes & labores, propter quas mortem optabit, sed breui cessabunt: pugnabit cum inimicis, accipiet & dabit vulnera, aliquas lites vincet, & aliquas perdet: Si nulla istarum literarum adfuerit, perpetuis penè diebus, frigidam & siccam, siue malencolicam infirmitatem patietur, conpericulo incidendi in morbo aliquo Chronico, &c.

2. Saluabitur infirmus, sed cum difficultate, quia passus est dolores intestinorum, & quia est debilis constitutionis, tardè recipiet sanitatem.

G iij

CAP: SEXTVM.

3. Matrimonium sortietur bonum effectum, cum vero & diuturno amore, vxor & maritus se vicissim diligent, quia erunt ambo pij & religiosi.

4. Iter erit cum vtilitate, & Absens reuertetur cum lucro & diuitijs, sed est infirmus in partibus occidentis.

5. Habebis fortunam hoc anno, secundum conditionem tuam, & præsertim, si penes principes fueris legatus aut Secretarius.

6. Incæptum benè succedet, & exercitium erit cum lucro.

7. Habebis promissum, quia promissor est probus & multi facit fidem suam.

CAP: SEXTVM.

8. Dissidium bene succedet, & tuo ingenio & industria, superabis inimicum tuum.

9. Liberabitur carceratus, propter intercessionem nobilium, & est incarceratus propter vadimonium, pæcunias, aut hæreditatem.

10. Pariet fœminam, & partus erit bonus sine aliquo periculo.

11. Erit abundantia, & pax inter principes, regnabitq; iustitia.

12. Tam Seruus quam Amicus erunt fideles, & erunt tibi vtilitati.

13. Puella est pudica, prædita virtutibus, & perseveras in bono, habebitq; bonam fortunam.

14. Sanabit te medicus, quia

F v est

CAP: SEXTVM.

est ingeniosus & doctus.

15. Succeder cum lucro sine aliquo impedimento.

16. Eris in iuuentute fatis fortunatus, sed exactis 28. annis ætatis, omnia tibi prosperè & feliciter succedent.

17. Soluet debitor, & eris de illo optimè contentus.

18. Promissionem obtinebis, & remunerationem ex seruitute aut beneficio, quia gratus est.

19. Amabit te summa fide, & secretissimè obtinebis ab illa operatum.

20. Epistola tractat de mercatura, de rationibus dati & accepti,

CAP: SEXTVM.

pti, de musica, de agricultura, de seruis & ancillis, & de itineribus.

21. Cogitarum tuum secundum tuum desiderium complebitur.

22. Furtum inuenietur, interuentu vnius mulieris, quæ est lætitijs dedita, & lætis oculis. Fur est parua statura, barba nigra & densa, amator musices, colore fusco: habet signum à natiuitate siue porrum in naso, siue lintigines in facie, vel quid tale, &c.

CAP:



CAP: SEPTIMVM.

7. 17. 27.  
 ☿ ♀ ♄

**Q**Vando vnus ex ijs nume-  
 ris superfuerit, prænuncia-  
 bis hominem satis magnum, & bo-  
 næ constitutionis, & pulchrè for-  
 matus, cilijs subtilibus, vitijs ple-  
 nus, malignus, iracundus, animo-  
 sus, & sui ipsius obliuiosus, pali-  
 dus aut fuscus, con signo in facie: in  
 litibus infortunatus, persequentur  
 illum inimici, vagabitur per multa  
 loca, & tandem morietur in patria:  
 male viuet, & pessimè peribit. Fœ-  
 mina erit in matrimonio infortu-  
 nata, habebit spurios, & cum reli-  
 giosis miscebitur, & alijs etiam se  
 prostituet,

CAP: SEPTIMVM.

prostituet, malè peribit, vti peste  
 aut morte violēta. Sole in ♌ illum  
 persequentur accerrimè, erit pro-  
 pretea opus vt sibi caueat. Sole  
 in ♍, si exercuerit mercaturam lu-  
 crabitur, si minus augebit tamen  
 rem familiarem. Sole in ♎, accipi-  
 et vulnus in facie aut in capite, fa-  
 ciet iter, sed infortunatum. Sole  
 in ♏, erunt illi dies ij molesti &  
 laboriosi. Sole in ♐, habebit for-  
 te filias, quæ non afferent illi mul-  
 tum iucunditatis sed damni. Sole  
 in ♑, patietur dolores ventris, &  
 alias graues infirmitates. Sole in ♒,  
 capietur amore, ob quem multa fa-  
 ciet conditioni suæ indecora.  
 Sole

Sole in  $\gamma$ , fugiat inimicos armigeros, quia facile ab ijs interficietur, lites etiam fugiat, nisi sint propter hereditatem mulierum. Sole in  $\pi$ , cogitabit de rebus religionis vel fidei, & erit magis implicitus quam antea fuerit. Sole in  $\phi$ , si fuerit extra patriam adipiscetur diuitias & honores. Sole in  $\alpha$ , faciet iter, in quo contrahet amicitias, quæ illi erunt maximo emolumento & honori, & hoc post mediam ætatem. Sole in  $\mu$ , caueat ne incarceretur propter mulieres, & si poterit hoc euadere multum præstabit. Circa 18. annum erit in discrimine vitæ, quem si superauerit perueniet ad 72. Colores

omnes tam in gemmis quam in pannis fauebunt illi, præterquam niger. Si in quinque nominibus fuerint duo aut quatuor G. vel totidem T. erit nato optimum, & minuetur malitia Syderum, & amicitie principum magnatum & mulierum afferent illi vtilitatem & satisfactionem, & fiet pax inter inimicos, & viuet tutus ab omnibus aduersitatibus: quod si in ijs nominibus vnum aut tria G. vel totidem T. tunc erit pessimum, & erit natus multo peioris naturæ quam dictum est, erit semper plenus afflictionibus, non erit illi tutum negotiaricum hebreis, nec conducere possessiones siue agros, non poterit alicui tutè

fidere, & pax & Bellum erunt illi aduersa, & maxima euenient illi mala propter mulieres. Et si nulla istarum literarum adfuerit, curet vt viuat Solitarius, quia erit omnibus odio, erit tristis, incipiet lites, multa egregia, & bona meditabitur & tamen illi nihil bene succedet, & nihil illi erit magis auspiciatum, quam exercere mercaturam.

2. Non sanabitur, erit frigida complexionis, afflictabitur dolore laterum, & morietur.

3. Non habebit bonum exitum matrimonium, erit quarens propter hoc & propter alias causas, faceretò odiosus & erit in periculo vitæ.

vitæ. & maritus non fidat vxori, quia cum sit meritrix, conabitur illum occultè interficere.

4. Iter erit infaustum, patietur dolorem laterum, & periculum inimicorum occultorum, & amissionis bonorum, & prædonum. Absens mortuus est, interfectus aut suffocatus laqueo, propter mulieres.

5. Non eris hoc anno fortunatus, amittes furto bona, nec aliquid boni præstabis.

6. Inceptum non benè succedet, & exercitium erit cum damno ob fures.

7. Non obtinebis promissum,  
H quia

CAP: SEPTIMVM.

quia pmissor est fals<sup>9</sup> & incōstans.

8. Diffidium nō finietur, nisi cū detrimento bonorum & cum vulneribus, & inimicitia erit propter mulieres, & superaberis ab inimico, amittēs bona, & eueniet ab hominibus incognitis homicidium.

9. Non liberabitur captiuus, imo capite punietur, aut occultē interficietur, vel damnabitur perpetuo exilio.

10. Pariet masculū, & partus erit in periculo mortis, ppter dolores.

11. Erit caritas, & mortalitas mulierum, grassabuntur dolores laterum, & multæ dissentiones fient propter mulieres.

12. Non

CAP: SEPTIMVM.

12. Non erit seruus fidelis, furabitur in gratiā mulierum, & amic<sup>9</sup> eadem de causa erit tui proditor.

13. Puella est corrupta, aut corrumpetur, si excedat 23. annum ætatis.

14. Non sanabit te medicus, quia est indoctus & libidini deditus & lusor, & qui paruifacit estimationem suam.

15. Mercatura malè succedet, propter fures & mulieres.

16. Eris fortunatior in senectute, & eris vsq; ad 30. annū in periculo vitæ, & violente mortis.

17. Non satisfaciet debitor, quia mendax est.

H ij 18. Non



## CAP: SEPTIMVM.

18. Non remuneraberis, quia seruiuisti ingrato & instabili.

19. Non diligit te, & amor habebit malum exitum, cum discrimine vitæ, ob instructas secretas insidias.

20. Erit Epistola de rebus lasciuijs, de mulieribus, & alijs quæ ad venerem spectât, vt de nuptijs, salutationibus, & huiusmodi.

21. Cogitatum, sinistrè eueniet, cum periculo carceris, juxta qualitatem illius.

22. Furtum non inuenietur, fur est familiaris & benè formatus, albus, pinguis, rotunda facie, aliquantulum lintiginosus, & oculis albis.

CAP:

## CAP: OCTAVVM.

8.

28.

m

♂

I. **Q**Værens est mediocris staturæ, boni coloris, habet in corpore signum apostematis vel alterius morbi nascentis, & aliud naturale signū in pectore & in humero, aut in sinistro crure. versatur inter principes, delectabitur militia, erit acceptus mulieribus, quia erit apparenter mansuetus, erit in litibus, in bello, in aquis, & in itineribus infortunatus, & vitæ periculosè vsq; ad 28. annum: deinde non poterit se abstinere, quin se comittat mari, quod illi cum emolumento succedet, reliquum vitæ

H iij . peraget

## CAP: OCTAVVM.

peraget satis fortunatè. Sole in  $\text{m}$ ,  
 fauebunt illi sydera, & poterit tra-  
 ctare quicquid illi libuerit. Sole  
 in  $\text{z}$ , augetur rem familiarem, nisi  
 ipse studio illam dilapidet. Sole  
 in  $\text{u}$ , si habuerit fratres, habebit cū  
 illis graues contentiones, propter  
 venenū, velliteras aliquid tale cō-  
 tinentes. Sole in  $\text{m}$ , in gratiam pa-  
 tris & matris, incipiet litem quam  
 perdet, quamobrem pater mærore  
 cruciabitur & morietur, quē pau-  
 lo post mater sequetur. Sole in  $\text{x}$ ,  
 deberet vsq; ad 36. annum, multos  
 procreare filios, nisi alia inclinatio-  
 ne ductus, quos natura negat coi-  
 tus sequeretur. Sole in  $\text{v}$ , laborabit  
 morbis,

## CAP: OCTAVVM.

morbis, medicis nō bene notis, &  
 vt plurimū flatib<sup>9</sup> & dolorib<sup>9</sup> sto-  
 maci. Sole in  $\text{g}$ , ducet vxorē, ori-  
 entur inter ipsos maxima dissidia,  
 morietur hæc, & ducet peiorem,  
 & si tertiam duxerit, erit pessima.  
 Sole in  $\text{ii}$ , terminabit vitam, quare  
 hoc tēpore semper disponat res su-  
 as. Sole in  $\text{e}$ , faciat itinera, religi-  
 onis & mercaturæ causa, quia illi  
 afferent magnā vtilitatem, sed ma-  
 ritima erūt tutiora quā terrestria.  
 Sole in  $\text{o}$ , acquireret multo plus qui-  
 escens & desidens, quam alijs tem-  
 poribus summo labore. Sole in  $\text{m}$ ,  
 habebit fortunā sibi summè ppiti-  
 am, tam in diuitijs quā in honorib<sup>9</sup>  
 acquirē-

## CAP: OCTAVVM.

acquirendis, nisi illa sciuerit vti.  
 Sole in  $\infty$ , emergent insperatae li-  
 tes, accusabitur de re paucis nota,  
 adducentur contra illum falsi te-  
 stes, nec propterea multum per-  
 det, & hoc forte erit quia illi di-  
 splicebunt malae actiones, & pra-  
 uae conuersationes. Erit in discrimi-  
 ne vitae (vt dictū est) circa 28. &  
 40. annū, quos terminos si euase-  
 rit, perueniet ad 70. & piē morie-  
 tur, color niger & albus tam in gē-  
 mis quam in pannis fauebit illi. Si  
 in quinq; nominibus fuerint vnū  
 H. & vnum V. erit pessimū, sed si  
 duo H. aut duo V. quatuor H. aut  
 quatuor V. erit quidē malum, sed  
 non

## CAP: OCTAVVM.

non tam ingens, erit in periculo  
 vitae quod euitare poterit, Si vero  
 fuerint tres H. vel tres V. aut quin-  
 que H. vel quinq; V. erit optimū,  
 & habebit fortunam propitiam,  
 negotiabitur cū mercatoribus &  
 probis viris, & vt plurimū cū reli-  
 giosis, à quibus adipiscetur eaque  
 ipsum latum facient, & sibi pro-  
 derunt, facileq; honores & diuiti-  
 as acquirat, & secundum suam cō-  
 ditionem erit felix: Si vero nulla  
 istarum literarum adfuerit, affli-  
 ctabitur propter aquas, vel flumi-  
 na vel fontes, aut navigationem,  
 & praeterea ob mulieres sustinebit  
 molestias, aquibus praeter meri-  
 tum

H v

tum

CAP: OCTAVVM.

rum, (cum nō sit futurus adeo probus) liberabitur & quod pessimum erit forte fidem vel religionem paternam abnegabit.

2. Sanabitur infirmus, patietur tamen dolores ventris, & circa genitalia, & forte morbum galicum, vel quid tale.

3. Matrimonium bene succedet, & vxor diligit maritum conjugali amore, erit tamen propter Scorpionem superba & iracunda. & maritus varia volubilitate inconstans.

4. Iter erit prosperum, sed laboriosum, nisi fuerit ob res bellicas, & absens reuertetur, habebit nihilominus impedimentū à militib⁹

CAP: OCTAVVM.

5. Habebis fortunam, sed magis in rebus bellicis quam in cæteris.

6. Inceptum fortunabitur, & exercitium erit cum fructu, eo magis si sit militia.

7. Promissio obtinebitur, & præcipuè si promissor sit miles.

8. Diffidium benefinietur, interuentu militum, & superabis inimicum.

9. Exibit è carcere, intercessione militum, & erit propter homicidium vel arma.

10. Parturiet feminam, & patietur dolores præter cōsuetudinem, eritq; partus satis felix.

11. Erit abundantia, sed bellū verus septētrionē, sed cū parua cede.



CAP: OCTAVVM.

12. Seruus erit fidelis, sed superbus & contentiosus, tamen utilis, & amicus similiter.

13. Puella est virgo, & erit etiam casta, quia nubit in iuuentute, & nisi exercuerit coitum, patietur multum.

14. Tardè sanabit te infirmitate medicus, sed cum summa diligentia.

15. Erit mercatura cum lucro, præsertim inter milites.

16. Eris in iuuentute fortunat⁹, sed magis exacto 28. anno ætatis.

17. Satisfaciet debitor, sed cum rixis & litibus, eris tamen victor.

18. Remuneraberis ex seruitute aut

CAP: OCTAVVM.

aut beneficio, & maximè si sit ob militiam.

19. Amabit te sincera fide, sed caueas tibi ne propter inuidiam vulnereris in coxis vel cruribus.

20. Epistola tractat de rebus bellicis, de rixis, de inimicitijs.

21. Obtinebis quid cogitas cum honore & utilitate.

22. Furtum inuenietur, causa alicuius hominis parui mercurialis, & forte erit ipse etiam Fur, quamuis sit mercator, & apparet, in facie bonus & doctus. Fur erit staturæ mediocris, colore fusco, macer: habet signum in maxilla dextra, & fuit vulneratus in coxa vel in crure.

CAP:

# CAP: NONVM.

9. 19. 29.

1. <sup>7</sup>**E**X <sup>2</sup>supra <sup>3</sup>positis <sup>4</sup>numeris, <sup>5</sup>judicabis hominem ingenio-  
sum, eloquentem, latum, verecū-  
dum, bonæ memoriæ, magnæ sta-  
turæ, pulchris oculis, longa facie,  
fortissimis brachijs, naso aquilino,  
religioni atq; mercaturę deditum:  
erit fortunat<sup>9</sup> in omnibus, & præ-  
cipuè ad trahendas consanguineas  
ad suam voluntatē, & quāto magis  
illi erunt propinquæ sanguine, co-  
magis ferretur præceptis in amorem  
illarū, idem dices si quærens fuerit  
fœmina, quia nec fratri erit fiden-  
da. Sole in ♄, det operam religio-  
ni,

# CAP: OCTAVVM.

ni, & pro sanitate tuenda modera-  
tè corpus exerceat. Sole in ♀, erit  
fortunatus in ferro, & in rebus  
quæ ad ferrum pertinerit: hoc tē-  
pore si quæ beneficia acceperit re-  
ferat pro ijs gratias, sed si quæ ipse  
alijs contulerit erunt malè & sine  
gratia collata: caueat ne suscepiat  
iter, nisi se disponat ad omnia suf-  
ferendum patienter, & comitibus  
se amabilem & gratum exhiben-  
dum, quia ob nimiam loquacita-  
tem, & garrulitatem, erit illis mo-  
lestissimus. Sole in ♀, tractabit  
negotia fratrum suorum, vel ali-  
cuius qui erit illi tamquam frater,  
& quamuis illis purè & sincère  
infernuiat,

CAP: NONVM.

inferuiat, & plurimum suo labore  
profit, ob illorum pessimam natu-  
ram, erunt illi ingrati. Sole in  $\times$ ,  
relinquet patrem, vel eum quem  
vtri patrem veneratur, & in exte-  
ras regiones transibit. Sole in  $\nu$ ,  
habebit Filios, qui euadent accer-  
rimi bellatores, a quibus aliquan-  
do maximam lætitiā, aliquando  
maximam tribulationem accipiet.  
Sole in  $\gamma$ , laborabit aliqua agritu-  
dine colerica, cum periculo vul-  
neris, quod facile in emissionē san-  
guinis mutabitur, sanabitur tamen  
quia erit medico obediens. Sole  
in  $\pi$ , ducet duas vxores, & si cum  
secunda supervixerit duos annos,  
viuet

CAP: NONVM.

viuet vsq; ad 60. annum & vltra.  
Sole in  $\ominus$ , caueat ne ingrediatur  
mare, quia erit in maximo pericu-  
lo mortis, sed maius periculum  
erit, ne illi propinet quis vene-  
rum, vel ab aliquo catharro suffo-  
cetur. Sole in  $\Omega$ , erit in itineri-  
bus forrunatus, inde prouenient  
illi vtilitates & honores, quamuis  
subibit multa pericula, & corpore  
& mente vexabitur, accipiet si-  
gnum in coxa sinistra, & aliquod  
signum in membris genitalibus.  
Sole in  $\mu$ , fiet mutatio in re ipsius  
familiari, ita vt tandem nec diues  
nec pauper erit. Sole in  $\approx$ , erit in  
omnibus rebus præ cæteris tem-  
poribus

## CAP: NONVM.

poribus fortunatior, caueat tamen ne cum militibus qui ab occidente veniunt negotietur. Sole in m, postquam exegerit 36. annum & mensem Nouēbris, erit certus quia videt filios filiorum suorum: nam diu vltra 60. annum viuet, parietur periculum vitæ circa 33. & 36. annū. erit in omnibus coloribus fortunatus, præterquam in nigro. Si in quinq; nominib<sup>9</sup> fuerint tres aut septē l. erunt omnia quę prædicta sūt meliora & certiora, augebitur enim fortuna eius, & inibit gratiā magnarum & fungetur publicis officijs, lucrabitur, & multos iuuabit: Si vero fuerint duo

## CAP: NONVM.

duo l. erit tibi maximè timendum ab inimicis occultis, & propterea duces vitam laboriosam: Si vero fuerint quatuor aut quinq; erit minus timendum, & malum non erit tam graue, & si in ijs nominibus nullum l. fuerit, erit tibi cum matre, sorore & cum alijs consanguineis, & cum mulieribus ex magna stirpe ortis, aut forte cum aliqua republica negotium.

2. Sanabitur, & erit homo bone complexionis & constitutionis.

3. Matrimonium benè succedet, & vxor erit casta & pudica, & summa fide diliget maritum.

I ij 4. Iter



CAP: NONVM.

4. Iter erit prosperum & fortunatum. Absens viuit, & est versus meridiem, & iuuabitur à viris religiosis & prælatis, & breui reuertetur.

5. Eris hoc anno in omnibus fortunatus, & feliciter cum religiosis negotiaberis.

6. Inceptum feliciter perficietur, & exercitium erit cum fructu, & maximè in itineribus.

7. Promissio ad implebitur, quia promissor est probus & honestus.

8. Dissidium interventu personarum Ecclesiasticarum optimè componetur, & in inimicitia cris inimico tuo equalis.

9. Exibit

CAP: NONVM.

9. Exibit è carcere, quia vir probus est, & bonæ conscientia, nec alia de causa est incarceratus, nisi quia quæ sensit apertè dixit.

10. Parturiet masculum, & parus erit optimus, cum vtriusq; lætitia.

11. Erit abundantia, & pax inter populos & principes: itinera erunt prospera, & domini Ecclesiastici iuuabunt subditos suos.

12. Seruus erit pius fidelis & diligens circa res tuas, & ille cui fides erit sincerus & fidus.

13. Virgo est casta, & inclinata ad religionem.

I iij

14. Sana-

CAP: NONVM.

14. Sanabit te medicus, quia pi-  
us doctus & iocundus est.

15. Erit mercatura cum lucro,  
& sine vlllo impedimento.

16. In iuventute habebis bonam  
fortunam, sed meliorem in sene-  
ctute, si fueris clericus, si minus  
circa 45. annum habebis hæredi-  
tatem.

17. Satisfacient debitores cum  
gratiarum actione.

18. Remuneraberis ex seruitute  
aut beneficio plurimis donis.

19. Diligit te amasia verè &  
sincerè, & amor benè succedet.

20. Tractabit Epistola de bo-  
nis Ecclesiasticis, de hæreditate,  
de

CAP: NONVM.

de conuersione à præterita vita ad  
meliorem, de itineribus, de scien-  
tijs, de rebus nouis & iucundis,  
de bono aut malo euentu.

21. Cogitarum deducetur ad  
finem, cum honore & vtilitate ab  
Ecclesiasticis.

22. Furtum inuenietur auxilio  
Ecclesiasticorum, quibus forte cō-  
fitebitur, & furtum erit parui  
momenti, & fur erit occultus, qui  
furatus est ob necessitatem, & qui  
ob verecundiam non laborat, ipse  
est magnæ staturæ, facie læta &  
extensa, naso aquilino, ocu-  
lis lætis, & delectabitur  
musica, &c.

CAP:

# CAP: DECIMVM.

10.

20.

10.

20.

1. **C**um vnus ex ijs numeris  
superfuerit, dices homi-  
nem magnæ staturæ, aliquantulum  
lentiginosum, oculis profundis,  
cum næuis in vultu in pectore &  
tergo: colore subpalido, eloquens  
& versatus in studijs, vt plurimū  
extra patriam suam, delectabitur  
armis, erit acer viribus & consilio,  
erit amans rei alienæ, patietur in-  
famiam propter mulieres & con-  
sanguineos, & maximè apud eos  
qui leuiori sunt iudicio, erit ho-  
micida, sed non voluntarius. pa-  
tietur carceres, torturam & exi-  
lium

# CAP: DECIMVM.

lium plusquam semel, erit pauper  
quo ad desiderium suum, quia li-  
beralis & pius erit, multa bona ac-  
quiret propter mulieres, nec mul-  
ti transibunt anni, quod erit in ar-  
mis fortunatus: geret honestum  
officium bellicum in iuuentute,  
erit mendax & cerebrosus, mori-  
entur illi fratres violenta morte,  
post longum exilium, Patre & ma-  
tre defunctis, errabit per diuersas  
terras, inde sibi plures amicitias,  
tū infimæ, tū supramæ condi-  
tionis hominum conciliabit. pa-  
tietur in capite vulnera, sed in bra-  
chijs & cruribus quam plurima,  
vnde debilitatus membris, debi-

I v

lem

CAP: DECIMVM.

lem etiam habebit visum, multum illi proderunt amici, quia & ipse etiam erit amicis officiosissimus, erit minus sapiens quam fama de illo vulgabit. circa 40. annum, recipiet se ad meliorem viuendi modum, sed non poterit incumbere studijs quæ recreant animum: vsq; ad 44. annum erit pauper, & ære alieno onustus, & si superauerit hunc quod vix fiet, acquirat diuitias, & tandem ferro peribit. Sole in ♀, habebit multa verba, & multa secum ipse meditabitur sine effectu, & accipiet vulnus in crure & in brachio sinistro. Sole in ♀, erit mendax & dubius animo, an ab isto

CAP: DECIMVM.

ab isto vel ab illo loco discedat, & habebit lucrum ex bonis alienis sine magno labore. Sole in ♀, erit valde iracundus, habebit fratres, quorum causa pater & mater erunt in maximis angustijs & inimicitijs, tandem mittentur in exilium & interficientur. Sole in ♀, morietur illi Pater & Mater, sed non multas ab illis diuitias habebit, quia erunt pauperes, erit fratribus & sororibus suis omnibus superstes. Sole in ♀, habebit filios, sed post 40. annum, quia præpostera vretur venere, ne concubitus mulierum illi dedecus & damnum afferat.

Sole



CAP: DECIMVM.

Sole in  $\pi$ , grauitur in dextro crure vulnerabitur, patietur multas infirmitates contagiosas, & pretere morbos capitis & oculorum. Sole in  $\Theta$ , illaqueabit aliquam diem viduam, quasi illam secreto ducturus in vxorem, res detegetur & illa merore consumpta peribit, illaqueabit & alteram sibi sanguine coniunctam, quadere multa orientur dissidia, vltimo res pacificè componetur. Sole in  $\Omega$ , erit valde infelix, & vix euadet quin interficiatur. Sole in  $\mu$  conficiet laboriosa itinera bellica, erit tamen fortunatus, postea incidet in grauem morbum & sanabitur, & profi-

CAP: DECIMVM.

proficiet in bonum. Sole in  $\Xi$ , si cum magnatibus negotiabitur benè illi succedet, & mercaturam prosperè tractabit. Sole in  $\mu$ , feliciter contrahet amicitias, astutè ager negotia, nugas disseminabit inter eos qui se falso putabunt ab illo amari. Sole in  $\Delta$ , infligitur illi hoc tempore maximum vulnus in sinistro crure, cum ipsius maximo detrimento incarcerabitur, & torquebitur, timebit Deum, & de religione & fide dubitabit, erit in periculo mortis circa 8. 13. 16. 22. 33. & 45. annum, quos si euaserit sperandum erit illum diu victurum: sed non tam feliciter

ter

CAP: DECIMVM.

ter atq; optaret. habebit in omnibus coloribus fortunam, præterquam in nigro. Diuinæ literæ in ijs numeris parum addunt vel minuunt. hoc vnum sufficiat quod in conditione, erit maior quam aliquis ex sua familia, erit honoratus, non sine magnis tribulationibus, & eo ingenio & prudentia quæ reddit homines magnos & famosos, &c.

2. Morietur infirmus doloribus nervorum & vulnere in genu, & erit affectus malencolia.

3. Violabit secreto vxor matrimonium, & dilapidabit bona mariti, & cogitabit de illo interficiendo

CAP: DECIMVM.

ficiendo ferro aut veneno. & matrimonium non bene succedet, propter secretos detractores, & quia talis mulier est pessimæ naturæ. idem de homine dices.

4. Iter qualecunq; sit erit infortunatum cum magno detrimento, Absens mortuus est, aut carceribus ob maleficio vel incurabili infirmitate versus meridiem detinetur, nec amplius redibit.

5. Erit tibi hic annus inauspicatus, cum damno honoris & rei familiaris, quam serui ancillæ & domestici tui malè perdent.

6. Inceptum non consequetur optatum finem, nec exercitium  
erit

CAP: DECIMVM.

erit cum lucro, imo si socios habueris, ipsimet secreto tibi tua auferent.

7. Non habebis promissum, quia promissor est proditor & secretus deceptor.

8. In dissidio accident homicidia & amissiones bonorum, juxta conditionem personarum, & in inimicitia inimicus tuus erit victor, propterea si potueris vitare vites.

9. Non exhibit, imo secreto vel suspendetur, vel suffocabitur.

10. Parturiet foeminam, & partus erit mortalis.

11. Erit caritas & bellum secretum,

CAP: DECIMVM.

rum, ut sunt praedationes, & occisiones itinerantium & similia, & pestis & mortalitas.

12. Perdent serui bona tua, & secreto etiam detrahent honori tuo, & ille cui fidis est proditor.

13. Puella secreto vel violata est, vel violabitur cum periculo vitae, quia ex malis parentibus orta est.

14. Non sanabit remedicus, quia nequam est, & studio mala adhibet medicamenta, propterea ne fides.

15. Nullam habebis in mercatura fortunam, sed a furibus secreto

K creto

CAP: DECIMVM.

creto multa accipies damna.

16. Non habebis fortunam nec in iuuentute, nec in senectute, imo vsq; ad 60. annū, semper eris in periculo mortis violentæ.

17. Non soluet debitor, imo rixabis & litigabis cum illo.

18. Nullam remunerationem, sed opprobria accipies.

19. Non amaris ab illa, & amor sortietur malum exitum, cum discrimine vitæ & vulnerum in crure & in genu.

20. Tractabit de miserijs, de morte, de rebus funebribus, de agris, & de agricultura, & de rebus

CAP: DECIMVM.

rebus ad Saturnum spectantibus.

21. Cogitatio, si de armis, cum periculo vitæ, si de alijs cum damno erit.

22. Furtum inuenietur, sed cum difficultate, quia Mars & Saturnus faciunt furem vaftrum & astutum, & fur est magnæ staturæ, fusco colore, oculis profundis, macer, dentibus superpressis, pauci loquus, & sodomita, &c.

K ij

CAP:



CAP: VNDECIMVM.

II. 21. 23.  
 III. h §  
 I. **A**Liquo ex ijs numeris remanente, prænuntiabis quarentem esse mediocris stature, & magis sanguineus quam malencolicus, & obstinati animi, vt si quid proposuerit sibi faciendum, nulla ratione à proposito diuellipoterit. vsq; ad 25. annum ætatis dilapidabit patrimonium, nec aliud curabit quam suis voluptatibus satisfacere, versabitur vt plurimum cum infima plebe: libenter loquetur, sed insipide, non erit admodum astutus, sed

bonæ

CAP: VNDECIMVM.

bonæ conscientia. post 25. annū, incipiet cum hominibus præcipuis conuersari, & fiet astutior & minus pius, habebit molestias & lites cum consanguineis, sustinebit carceres & torturam, & tandem secundum suum desiderium liberabitur. erit auceps, & nihil libentius faciet quam bombardare eiaculare, in quo exercitio putabit se multum præstare: nulum erit facinus quin si occultè poterit, illud perpetraturus sit. non erit omnino vacuus literis, erit litibus implicitus, & oneratus familia, tamen non multum

K iij cogi-

## CAP: VNDECIMVM.

cogitabit de futuro : qua de causa erit periculum, ne totum patrimonium negligenter consummat. Si fuerit fœmina, erit in diuitijs & matrimonio felix, casta, pudica, & bonæ famæ. Sole in ♄, habebit fortunam, sed ob negligentiam illa non vretur. Sole in ♀, ab utero re familiari cum maximo suo & familiæ suæ incommodo, erit in rebus spectantibus ad Aquam fortunatus, & præterea habebit aliquam passionem in brachio capite & crure. Sole in ♀, orabitur fratribus, sororibus

## CAP: VNDECIMVM.

bus tantum remanentibus, cum quibus perpetuas geret lites. Sole in ♀, Pater & Mater ipsius decedent è vita, & ipse diu vnet tribulationibus onustus. Sole in ♀, procreabit multos filios, qui erunt penè omnes fœminæ, qui sequentur vestigia parentum, vsq; ad 34. annum erit potius pauper quam diues. Sole in ♄, laborabit grauib; infirmitatibus, ob quas de salute desperabit, afficietur præterea molestis cogitationibus, quæ malum ipsius aggrauabunt.

K iij

Sole

CAP: VNDECIMVM.

Sole in  $\Omega$ , ducet vxorem, cui nil magis erit cordi quam vorare, potare, spatiari, & matrimonium exercere, & habebunt perpetuos clamores, quia ambo erunt æque prudentes. Sole in  $\mu$ , migrabit ad patres in senectute. Sole in  $\pi$ , bonum illi esset facere iter, tractare cum religiosis, emere molendina vel similia, quæ sunt super aquas. Sole in  $\pi$ , erit illi auspiciarum qualecunq; negotium exercere. Sole in  $\pi$ , erunt illi similiter omnia prospera, & præsertim conciliare sibi amicos, & ab illis omnia petere quæ illi sunt neces-

CAP: VNDECIMVM.

necessaria, quia obtinebit. Sole in  $\infty$ , nihil incipiat, quia illi omnia malè succedent, & ob sua facta posset incarcerari. Circa 31. annum ætatis erit in periculo vitæ, quem si euaserit, superabit 60. ex coloribus viridis citrinus & puluerulentus illum iunabunt. Si in quinq; nominibus fuerint duo L. aut tres vel quinq; Z. erit bonum, & erunt bona quæ prædicta sunt certiora, & obtinebit aliquid à dominis, vel à republica, & esset illi tutum negotiari cum mercatoribus & religiosis, qui sint mediocris stature, & pulchri

K v

pulchri

pulchri aspectus; Si vero fuerint  
vnum L. aut duo vel quatuor Z.  
tunc esset malum, & omnia sua  
in peius ruerent. Si autem nulla  
istarum fuerit, est dubitandum  
ne circa 30. annum, propter con-  
sanguineos vxorem filios & ma-  
los homines sit infelix: fugiat  
homines senes, macros, fuscios, &  
pilosos qui sunt ignobiles, quia  
illum seducerent.

2. Sanabitur infirmus, passus  
est debilitatem neruorum.

3. Vxor diligit maritum, sed  
erit Saturnina, conseruabit tamen  
diligēter bona domestica, & ma-  
rimonium

rimonium habebit bonū exitum.

4. Iter erit tua industria felix,  
& cum lucro. Absens viuit, &  
passus est multas infirmitates,  
est diues pecunijs, & est versus  
orientem, reuertetur, sed est in-  
stabilis.

5. Eris fortunatus indiuitijs, &  
mercatura, sed noli habitare in lo-  
cis frigidis, quia laborabis mor-  
bo crurum.

6. Inceptum benè finietur, &  
exercitium erit cum lucro.

7. Promissio tibi seruabitur,  
quia promissor est justus.

8. Dissidium finietur cum pace,  
& inimic⁹ cēdet quia ē pacificus,



CAP: VNDECIMVM.

9. Liberabitur per pæcunias  
& auxilio diuitum mercatorum  
Saturninorum.

10. Pariet masculum, & partus  
erit bonus & viuet.

11. Erit abundantia & pax in-  
ter principes, sed ordientur ali-  
quid prosequenti anno, & grassa-  
bitur morbus tibiæ.

12. Seruiunt te fideliter, & cu-  
rabunt res tuas, sed erunt malen-  
colici, & Amicus erit fidelis &  
taciturnus.

13. Est pudica, & erit castissi-  
ma nè dicam sancta.

14. Sanabit te medicus, quia  
est

CAP: VNDECIMVM.

est industrius, & quia tu eris illi  
obediens.

15. Erit mercatura cum lucro,  
& si sit cum socijs erunt fideles.

16. Eris fortunatus vsq; ad 30.  
annum ætatis, & morieris forte  
pauper.

17. Amabit te fideliter & se-  
cretè, ante & post matrimonium,  
& est diues.

18. Satisfaciet tibi debitor,  
quia probus est, & libenter soluit  
cum potest.

19. Et similiter remuneraberis,  
quia gratus est.

20. Tractabit Epistola de agri-  
cultura,

CAP. VNDECIMVM.

cultura, de rebus aquaticis, de  
mercatura, de amicitijs, de exi-  
gendis pecunijs.

21. Cogitatum succedet, se-  
cretè & cum lucro.

22. Furtum non inuenietur,  
nisi per mulieres domesticas, quæ  
ut cunq; furto consenserunt, &  
fur est parvæ staturæ, parvis ocu-  
lis, colore, croceo, pilosus, pauci-  
loquus, & ingeniosus, tardè in-  
cedit, & est parum in hu-

meris curvatus,

&c.

CAP.

CAP. DVODECIMVM.

12.

24.

✕

24

1. **E**X supra positis numeris,  
dices hominem esse statu-  
ræ potius magnæ quam parvæ,  
facie longa & læta, pingui collo,  
habens aliquod signum in mani-  
bus, naso aquilino, qui indicabit,  
illi cum potum cum cibum opti-  
mè placere, ob quam causam, tan-  
quam avis rapax & vorax, nihil  
relinquet intactum; sed omnia  
quæ per fas aut nefas arripere po-  
terit, ingluvie sua profundet;  
hanc vitam ducet usq; ad 30. an-  
num ætatis, deinde videbitur in  
apparentia mutasse mores, sed re-

vera

vera erit idem atq; antea, vorator,  
fur, piger, & deses. Sole in  $\kappa$ ,  
omnia tractet quæ illi placuerint,  
quia benè succedent. Sole in  $\nu$ ,  
habebit fortunam in rebus à terra  
nascentibus, propterea si cum  
furmentis, vino & huiusmodi  
negotiabitur, lucrabitur. Sole in  
 $\xi$ , litigabit cum fratribus, vel  
cum alijs qui erunt vti fratres, &  
erit victor. Sole in  $\pi$ , erunt sui  
causa inter patrem & matrem ma-  
ximæ discordiæ, & mater verbe-  
rabitur, ita vt propterea penè se-  
parabitur à marito. Sole in  $\varsigma$ , na-  
scentur illi plures filia, quæ qui-  
dem omnes morientur antequam  
pater

pater ipse. Sole in  $\Omega$ , caueat in-  
ordinatum cibum & potum, &  
alias actiones quæ nocere pos-  
sunt, quia hoc tempore minantur  
illi sydera maximas & asprissimas  
infirmittates, quæ possent attracti-  
onem membrorum inducere, aut  
mortem. Sole in  $\mu$ , ducet duas  
vxores, vna morietur simul cum  
partu intra viscera, altera erit pes-  
simæ naturæ & contentiosa. Sole  
in  $\alpha$ , nihil omnino tractet cum  
mulieribus, quia hoc tempore  
mulieres erunt causa ipsius mor-  
tis, eodem modo erit illi pericu-  
losum cum personis ecclesiasticis  
negotari, & præsertim sexus ma-  
L sculini.

CAP: DVODECIMVM.

sculini. Sole in  $\pi$ , conficiet itinera cum periculo, propter animalia venenosa, & amissionem bonorum per milites, cum discrimine vitæ. Sole in  $\star$ , erit felicior quàm reliquo toto tempore anni, acquirere secundum conditionem suam satis magnas diuitias, & fortè per familiarē alicuius principis, vel per ipsum principem. Sole in  $\infty$ , si exercuerit mercaturam, erit illi in omnibus fortuna prospera, præterquam in rebus aqueis, vel ex aqua prouenientibus. Sole in  $\infty$ , non erit fortunatus in negotijs, sed in itineribus, caueat tamen ab hypocritis, & ab

CAP: DVODECIMVM.

& ab hominibus infimæ conditionis, quia ab ijs posset ob Sodomiam accusari, & dare pœnas. Terminus vitæ erit circa 40. annum, quem si euaserit superabit 65. in omnibus coloribus erit fortunatus præterquam in nigro, si in quinque nominibus fuerint vnū aut tria M. erit optimum, & longe melius quam dictum est, sed si fuerint duo aut quatuor M. erit pessimum, quia erunt grauiora mala quæ prædicta sunt, & perfidi homines studebunt totis viribus ipsum perdere, &c.

2. Infirmus morietur humore malencolico & frigiditate.

L ij 3. Vxor



CAP: DVODECIMVM.

3. Vxor violabit matrimonium, & miscebitur religiosi viri secretè, & timendum est ne interficiatur à marito.

4. Iter erit periculosum & super aquas. & Absens condemnatus ad mortem obiit versus orientem.

5. Non habebis fortunam hoc anno, patieris damnum à grandine & ab aquis.

6. Incæptum infelix, & exercitium sine lucro erit.

7. Non seruabitur promissio, promissor est fallax, & protrahit in longum res suas.

8. Diffidium erit cum detrimento

CAP: DVODECIMVM.

mento vitæ & bonorum, & in inimicitia superaberis ab inimico, nisi desistas.

9. Non liberabitur incarcerationus, sed mittetur in exilium, aut suspenderetur.

10. Pariet foeminam cum periculo vitæ, & partus erit infelix.

11. Erit caritas annonæ, inundatio aquarum, mortalitas animalium, & tempora molesta.

12. Seruus erit tibi tùm in re familiari tùm in honore damnosus, & amicus erit proditor, propterea ne fidas illis.

13. Est corrupta, & miscuit se cum personis Ecclesiasticis, & est luxuriosissima. L iij 14.

14. Non sanabit te, quia medicus sine ingenio est, & nullis rationibus regitur, & infirmus erit ad tantam debilitatem redactus, quod restaurari non poterit.

15. Malè tractabis mercaturam, & cum maximo damno.

16. Eris in senectute fortunatior, quia vsq; ad 28. annum eris infelix, & finis erit bonus plenus laboribus.

17. Non satisfaciet debitor, est fugitiuus.

18. Non accipies remuneratio-  
nē, quia qui debet, est malę naturę.

19. Non amat te fideliter, sed cum Ecclesiasticis concumbit, quia est meretrix.

20. Tractat Epistola de rebus aquatilibus, de ædificijs, de foundationibus domorum, & de mercibus.

21. Cogitatum non obtinebit optatum finem, sed erit potius damnosum.

22. Furtum maxima difficultate inuenietur, quamvis omnis adhibeatur diligentia. & fur est magnę staturę, naso aquilino, longa & alba facie, rectus incedit, & est signatus lentigine circa nasum, &c.

L iij    DOCV.

DOCUMENTVM GE.  
NERALE.

**Q**Via nimis prolixum esset,  
omnia quęsita apponere, ad  
quę per hanc artem responderi  
potest : propterea admonendus  
huius artis studiosus erit, vt si ali.  
quod quęsitum factum fuerit,  
quod in superiori indice non de.  
scribatur ( ne huic arti aliquid de.  
esse putetur) vt sic faciat videli.  
cet. vt scribat nomen quęrentis  
& matris eius, nomen rei quęsitę,  
nomen dici, horę & numerum  
ętatis Lunę quando fit quęstio,  
& fiat vt supra. & residuum quę.  
ratur supra inter numeros bonos  
malos

malos & mediocres : nam si fue.  
rit ex bonis numeris, quęsitum  
habiturum bonum exitum, si ex  
malis malum, si ex mediocri.  
bus mediore, pro.  
nuntiabis.

FINIS PRIMÆ PARTIS.



L v

SEQVL



# SEQVITVR SE- CVNDA PARS ARTIS

ONOMANTIAE ANIBALIS RAI-  
mundi Veronensis.

¶

## MODVS ET RATIO,

QVA ONOMANTES PASSIM FIGVRAM  
CÆLI ERIGERE SOLENT.



Nomantes ex in-  
frapposito Alpha-  
beto, signum ascē-  
dens inuestigare  
solent, quo habi-  
to, & delineata cœli figura, po-  
nunt illud signum inuentum in  
ascendente

ascendēte, & reliqua signa in alijs  
domibus secundum ordinem, de-  
inde penes signum in prima do-  
mo positum, constituunt Plane-  
tam dominū eiusdem signi, dein-  
de in alijs domibus reliquos Pla-  
netas secundum ordinem cœlorū  
in singulis vnum Planetā ponēdo  
vsq; ad octauā domū, & in octauā  
ponunt iterum Planetā, qui est in  
prima domo, & in 9<sup>a</sup> qui in 2<sup>a</sup> & c.  
vsq; ad 12<sup>am</sup> vnde accidit, quod  
quinq; Planetę bis in figura Cœli  
ponuntur, quod impossibile erit  
in Cœlo illos taliter esse con-  
stitutos, & hoc Onomantiæ stu-  
dio minimè mirum videri de-  
bet: Nam Onomans, non con-  
siderat



siderat Planetas qualiter in Cœ-  
lo inueniuntur, quod proprium  
est Astrologiæ, sed considerat  
illos per similitudinem quandam,  
quatenus insinuet & admoneat,  
iudicandas & accomodandas esse  
significationes domorum, pro-  
prietatibus Planetarum qui casu  
in illis ponuntur non aliter, quam  
si prædicti Planetæ per præsentia-  
am, aut per Aspectum, aut per ali-  
as dignitates, in iisdem domibus  
suas vires exercerent: nam cum  
Onomantia non consideret mo-  
tus & positiones Stellarum ut  
sunt & mouentur in cœlo, quo  
sententiam & intentionem suam  
cum facilitate demonstret, huius-  
modi

modi signa Planetarum ab Astro-  
logia mutuare, & illa ita dispone-  
re, non ut Planetas, sed ut signa  
effectuum similiū effectibus Pla-  
netarum, quæ in ijs domibus no-  
tantur cogitur, ut integrum ju-  
diciū non secus atq; Astrologia  
ad interrogationem de vita nati  
facere possit: & propterea non in-  
telligendum erit plures Planetas  
quam vnum esse positos, sed effe-  
ctus similes in pluribus locis esse,  
veluti etiam in Astrologia acci-  
dit, ut Planeta in aliqua cœli do-  
mo in suis dignitatibus & domi-  
nio constitutus, non Solum in  
illa domo in qua corpore præsens  
est ope-

est operetur, sed etiam in alijs, ad  
 quas Amicos vel inimicos radi-  
 os proicit vires suas exercet.  
 Vnde cum ex ijs quæ exposui-  
 mus, ingenuus studiosus, huius  
 ordinis & artificij facile capax  
 fieri possit, pro faciliiori intelli-  
 gentia describemus Alphabe-  
 tum huic operationi proprium,  
 & deinde vnicum supponemus  
 exemplum.

ALPHABETVM.

A.B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.M.N.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 20. 30. 40.

O.P.Q.R.S. T. V. X. Y. Z.

50. 60. 70. 80. 90. 100. 200. 300. 400. 500.

I. V.

I. V. consonātes. HI. HV. aspiratę  
 600. 700. 800. 900.

Sed animaduertendum est,  
 quod Germani loco hu. vtuntur  
 diplici VV. & Itali vtuntur Gu.  
 vt in nomine VVilhelmus, quod  
 Itali scribunt Guilelmus, & Galli  
 Huilelmus vnde pro duplici VV  
 semper & pro Gu. ante aliam vo-  
 calem, vteris numero 900. & sic  
 de reliquis. de alijs autem I. V.  
 & Hi. exemplū vt in nomini-  
 bus Iulius & Valerius haberi po-  
 test: vbi I. & V. primæ literæ  
 sunt consonantes & in nomine  
 Hieronimus. Hi. aspiratum ha-  
 betur.

His ex.

His expositis, constitutus si-  
guram Onomantia, ad inuenien-  
dum signum ascendens, colliges  
ex supra scripto Alphabero in  
vnam summam, numeros vni-  
cuiq; literæ nominum conueni-  
entes, illamq; per 12. diuides, &  
ex residuo, ex infra scripta Tabel-  
la, inuenies signum quæsitum. vt  
si 1. super fuerit erit ♈, si duo ♊,  
&c. eadem ratione poteris Plane-  
tam dominatorem tuæ natiuita-  
tis inuenire; sed summa per 9. di-  
uidi debet, & ex residuo ex

Tabella Planetam in-  
vestigare.

TABELLA

TABELLA SIGNORVM  
cū suis numeris.

|             |    |           |        |
|-------------|----|-----------|--------|
| Aries       | 7  | Saturnus  | 8      |
| Taurus      | 6  | Iupiter   | 3      |
| Gemini      | 12 | Mars      | 9      |
| Cancer      | 5  | Sol       | 1. & 4 |
| Leo         | 1  | Venus     | 6      |
| Virgo       | 10 | Mercurius | 5      |
| Libra       | 8  | Luna      | 2. & 7 |
| Scorpius    | 9  |           |        |
| Sagittarius | 4  |           |        |
| Capricornus | 3  |           |        |
| Aquarius    | 2  |           |        |
| Piscis      | 11 |           |        |

Sic autem huius rei istud exē-  
plum videlicet, sit nomē quæretis  
LVCIVS, nomē matris PORTIA, nomen  
patris GALBA, sic facies. M L20



|            |      |             |      |   |     |      |
|------------|------|-------------|------|---|-----|------|
| L          | 20.  | P           | 60.  | G | 7.  |      |
| V          | 200. | O           | 50.  | A | 1.  | 522. |
| C          | 3.   | R           | 80.  | L | 20. | 300. |
| I          | 9.   | T           | 100. | B | 2.  | 31.  |
| V          | 200. | I           | 9.   | A | 1.  | 853. |
| S          | 90.  | A           | 1.   |   |     | 31.  |
| <u>522</u> |      | <u>300.</u> |      |   |     |      |

|         |            |            |
|---------|------------|------------|
| II.     |            | 47.        |
| per 12. | 853.       | per 9.     |
| 122.    | <u>71.</u> | 853.       |
| I.      |            | 99.        |
|         |            | <u>94.</u> |

Ex isto Exemplo, habetur pro signo ascendente ex diuisione 1. pro residuo, & pro Planeta dominante residuum erit 7. vnde dices signum ascendens esse Leonis, & Planetam

Planetam dominantem esse Lunam, ex quibus talem, figuram constitues,

|                      |     |             |     |    |
|----------------------|-----|-------------|-----|----|
|                      | II. | IO.         | 9.  |    |
|                      | II  | II          | II  | II |
| 12.                  | h   | Figura Ono- | o x | 8. |
| Pa. dom <sup>9</sup> | o   | mantiæ.     | o   | 7. |
| 2.                   | II  |             | II  | 6. |
|                      | II  | II          | II  |    |
|                      | 3.  | 4.          | 5.  |    |

EX qua figura, secundum significationem domorum & naturam signorum & Planetarum in ijs positorum studiosus Onomatiæ, de natura judicare facillime poterit. Significationes verò domorum, & naturas Planetarum, quas hic M ij breui.



breuitatis causa negligimus, pe-  
tantur ex alijs libris astrologicis,  
vbi talia dilucidè & copiosè ex-  
plicantur.

ALPHABETVM PER QVOD SCI-  
ri potest, an infirmus sit moritu-  
rus vel non, & præterea bonum  
vel malum exitum omnium  
interrogationum.

SCRibe nomen infirmi, nomen  
Planetae dominantis eo die quo  
capit infirmitas, & nomen eius-  
dem diei, & numerum ætatis Lu-  
nae, & omnia redigantur in vnam  
summam, & summa diuidatur per  
30. & residuum quærat in hoc  
quadrangulo: Si fuerit in parte  
superiori

superiori sanabitur, si in parte in-  
feriori morietur, vel erit in ma-  
ximo periculo mortis: Si fuerit  
in parte superiori dextra erit me-  
lius, & si in parte sinistra deterius.  
si numerus residuus non excesse-  
rit 15. breuius sanabitur, si verò  
excesserit tardius: numeri in par-  
te inferiori semper significat ma-  
lum, sed minus in dextra quam in  
sinistra.

Si interrogatio non sit pro in-  
firmo, scribe nomen quærentis,  
numerum ætatis Luna, nomen  
Planetae, & nomen diei quo fit in-  
terrogatio, & nomen rei quæsitæ:  
& secundum numeros vsupra, judi-

M iij cabis

cabis de bonitate vel malitia exitus rei quæsitæ, siue interrogatio-  
nis.

ALPHABETVM.

A.B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.M.

4. 6. 26. 18. 12. 4. 21. 28. 11. 16. 12. 19.

N.O.P.Q.R.S.T.V.X.Y.Z.

11. 9. 12. 8. 12. 4. 6. 9. 13. 2. 3.

PLANETÆ CVM NOMINA DIERVM CVM  
suis numeris. suis numeris.

|           |     |               |                   |
|-----------|-----|---------------|-------------------|
| Saturnus  | 59  | Dies Saturni  | 57                |
| Iupiter   | 73  | Dies Iouis    | 44                |
| Mars      | 39  | Dies Martis   | 56                |
| Sol       | 25  | Dies Solis    | 118 <sup>41</sup> |
| Venus     | 45  | Dies Veneris  | 71                |
| Mercurius | 114 | Dies Mercurij | 112               |
| Luna      | 36  | Dies Lunæ     | 48                |

Quadratus

QUADRATVS CVM NUMERIS.

Pars superior.

|              |   |    |    |    |                |
|--------------|---|----|----|----|----------------|
| Pars dextra. | 1 | 7  | 16 | 24 | Pars sinistra. |
|              | 2 | 9  | 17 | 10 |                |
|              | 3 | 11 | 18 | 26 |                |
|              | 4 | 13 | 20 | 27 |                |
|              |   | 14 | 21 |    |                |
|              | 5 | 12 | 22 |    |                |
|              | 6 | 15 | 25 |    |                |
|              | 8 | 19 | 28 | 30 |                |
|              |   | 23 | 29 |    |                |

Pars inferior.

ALIVD ALPHABETVM.

Per quod ad quinque interrogatio-  
nes responderi potest.

A.B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.M.

10. 2. 12. 4. 14. 6. 10. 7. 18. 10. 11. 12.

N.O.P.Q.R.S.T.V.X.Y.Z.

4. 14. 6. 16. 8. 18. 10. 2. 12. 14. 14.

QUINQUE INTERROGATIONES

1. **Q** Vis primum sit morturus  
vxor vel maritus? Scribe  
vtriusq; nomina, & per supra posi-  
tū Alphabetū collige numeros in  
vnā summā, quam diuides per  
9. & si residuum fuerit numerus  
par, morietur primo vxor, si dis-  
par Maritus.

AN GRAVIDA MASCVLVM VEL FÆ-  
minam pariet?

2. Computa nomen prægnan-  
tis, & nomen Mariti ipsius, & no-  
men mensis in quo concepit, &  
summā diuide per 7. & si resi-  
duum fuerit par, erit fœmina, &  
si dispar, Masculus.

AN NATVS

AN NATVS SIT VICTVRVS VEL  
moriturus?

3. Computa nomen patris &  
nomen Matris nati, & nomen  
dici quo natus est, & summā ad-  
de 15. & diuide per 7. si residuus  
numerus fuerit par, natus breui  
morietur, si dispar diu viuet.

AN NOVA QVÆ SPARGVNTVR SVNT  
vera vel falsa?

4. Computa nomen eius qui  
illa narrat, & nomen dici quo ipsa  
narravit, & summā adde 26. &  
diuide per 7. si residuum fuerit  
par, erunt noua falsa, si dispar vera.

AN ALIQVA SIT FVTVRA ME-  
retrix an casta?

5. Computa nomen Virginis,  
M v &

& nomen matris eius, & summæ  
adde 15. & diuide per 9. si residuū  
fuerit par, erit meretrix, si dispar  
casta & proba.

VERISSIMAE ET EX-  
perimento probatissimæ Regulæ  
Onomantiæ de duobus armis pu-  
gnaturis, & de duobus litiganti-  
bus, ad sciendū quibus armis pu-  
gnabunt, quæ pars corporis vul-  
nerabitur, & quis illorum sit fu-  
turus victor, vel litem  
obtinebit.

PRimo adhibebis summam dili-  
gētiam, vt nomina eorum qui pu-  
gnaturi sunt, pura integra & non  
vitiata habeas: quæ secundum ve-  
ram

ram Orthographiam, singula se-  
paratim latinè describes; & ex se-  
quenti Alphabeto, numeros ad  
vnum quodq; nomē pertinentes  
separatim colliges, & singulorū  
nōminum numeros separatim eti-  
am in vnam summam rediges, &  
vnamquamq; summam per 9. di-  
uides, & residuum seruabis, &  
si post diuisionem nihil super fue-  
rit, tunc 9. accipitur pro residuo,  
& cum ambobus residuis, inue-  
nies insequentibus propositio-  
nibus veram responsionem.  
Erunt forte aliqui quī dicent,  
hanc Regulam propter nomi-  
num similitudinem, æqualitatem  
ætatis & staturæ, futuram falsam  
quibus



quibus ego respondeo, quod hoc  
erit penè impossibile, vt hæc tria,  
nomen videlicet ætas & statura,  
in duobus hominibus inuenian-  
tur paria, quod si tamen accideret  
(quod vix fiet) tunc ad Physionô-  
miam recurrendum esset, & se-  
cundum ipsius regulas, veritatem  
exquirere.

ALPHABETVM.

A.B.C.D.E.F.G.H.I. K.L.M.

1. 3. 22. 24. 22. 3. 7. 6. 20. 15. 10. 23.

N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z.

12. 8. 13. 27. 13. 9. 8. 2. 6. 3. 4.

Sed vt ea quæ diximus facilius  
intelligantur, sit eius regulæ hoc  
exemplum. dicantur qui pugna-  
turi sunt vnus Horatius, & alter  
Cvrtius sic illa ordinabis.

H 6

O 8

R 13

A 1

T 8

I 20

V 2

S 9

Summa 67.

C 22

V 2

R 13

T 8

I 20

V 2

S 9

Summa 76.

Ita ex summa nominis HORA-  
TIVS, residuum erit 4. & ex summa  
nominis CVRTIVS, residuum erit 4.  
quæres igitur in sequentibus pro-  
positionibus 4. contra 4. & in 4.  
propositione responsionem sub  
hoc titulo 4. inuenies: & anim-  
aduertes, quod istud supra posi-  
tum

tum Alphabetum, æquè interuiet  
pro duobus pugnaturis, & pro  
duob' litigantibus, pro quibus par-  
ticulares responsiones sunt positæ.

## PROPOSITIONES DE duobus armis pugnaturis.

1. contra 1. ♣ ♠ ♠

Minor corpore vincet, & ha-  
bebit electionem armorum, &  
maior vulnerabitur in capite, &  
superabitur.

2. contra 2. ♠ ♠

Maior vincet cum armis lon-  
gis, & habebit electionem armo-  
rum, minor corpore superabitur,  
& in gutture & brachio vulnera-  
bitur.

3. contra

3. contra 3. ♠ ♠ ♠

Minor corpore habebit electio-  
nem armorum, & armis breuib' vin-  
cet, maior in vultu & pectore vul-  
nus accipiet & superabitur.

4. contra 4. ♠ ♠ ♠

Maior corpore habebit electio-  
nem armorum, & armis longis  
vincet, minor circa cor vulnera-  
bitur & morietur.

5. contra 5. ♠ ♠ ♠

Minor habebit electionē armo-  
rum, & armis breuibus vincet,  
maior in capite & in latere vul-  
nerabitur & morietur.

6. contra 6. ♠ ♠ ♠

Maior armis longis vincet, Mi-  
nor habebit electionē armorum,  
& vul-

& vulnerabitur in manibus & circa cor, & superatus morietur.

7. contra 7. ♀ ♀

Minor habebit electionem armorum, & breuibus armis vincet, maior vulnerabitur in capite, brachio & stomaco, & superabitur.

8. contra 8. m ♂ ♀

Maior longis armis vincet, minor eliget arma, vel vulneratus in ventre, coxa & genu superabitur.

9. contra 9. ♂ ♀

Minor eliget arma, & breuibus armis vincet, maior victus in genu & coxa vulnerabitur.

1. contra 2. ♂ ♀

2. Eliget arma, & cum breuibus armis vincet 1. victus in gutture &

& capite vulnerabitur & morietur.

1. contra 3. II ♂

1. Eliget arma, & armis breuibus vincet 3. in brachio & pectore vulnerabitur & morietur.

1. contra 4. ♀ ♂

4. Eliget arma, & longis armis vincet, & 1. circa cor vulnerabitur.

1. contra 5. ♀ ♂

1. Armis breuibus vincet, armaq; eliget, & 5. in capite & brachio vulnerabitur.

1. contra 6. II ♂

6. Eliget arma, & longis armis vincet & inimicum captiuabit, 1. in capite & circa ventrem vulnerabitur.

N

1. contra

1. contra 7. ♀ ♀ ♀

1. Armis breuibis vincet, 7. eliget arma & in latere vulnerabitur.

1. contra 8. m ♂ ♀

8. Eliget arma, & longis armis vincet, 1. circa genitalia & in coxa vulneratus superabitur.

1. contra 9. ♂ ♀ ♀

1. Erit elector armorum, & breuibis armis vincet, & 9. vulnerabitur in coxa.

2. contra 3. II ♀ ♂

3. Armis breuibis vincet, 2. eliget arma, & vulnerabitur in brachio & superabitur.

2. contra 4. ♀ ♀ ♀

2. Eliget arma, & breuibis ar-

mis

mis vincet, 4. superatus, in pectore & brachio vulnerabitur.

2. contra 5. ♀ ♀ ♀

5. Eliget arma, & breuibis armis vincet, 2. in latere & pectore vulnerabitur.

2. contra 6. m ♀ ♀

2. Erit armorum elector, & longorum armorum auxilio victor, 6. circa ventrem & in humero superatus vulnerabitur.

2. contra 7. II ♀ ♂

7. Breuibis armis vincet, 2. faciet electionem armorum, & in brachio et coxa vulneratus superabitur.

2. contra 8. m ♀ ♂

2. Eliget arma et longis armis vincet, 2. ferietur circa genitalia et in genu.

N ij 2. con-



2. contra 9. ♀ ♂ ♀

9. Faciet armorum electionem  
& breuibis armis vincet, 2. ferietur in corde.

3. contra 4. ♀ ♂ ♂

4. Eliget arma, & breuibis armis vincet; 3. in pectore & brachio ferietur.

3. contra 5. ♀ ♂ ♂

3. Eliget arma, & longis armis vincet, 5. in humero & latere ferietur.

3. contra 6. ♀ ♂ ♀

6. Eliget arma, & longis armis vincet, 3. ferietur in ventre.

3. contra 7. ♀ ♂ ♀

3. Breuibis armis vincet, 7. eliget arma, & in crure & brachio vulneratus superabitur.

3. contra

3. contra 8. ♀ ♂ ♀

8. Longis armis vincet, 3. eliget arma, & in ventre atq; intestinis ferietur.

3. contra 9. ♀ ♂ ♂

3. Breuibis armis vincet, & arma eliget, 9. in capite & gutture ferietur, & occumbet.

4. contra 5. ♀ ♂ ♀

5. Eliget arma, & breuibis armis vincet, 4. circa cor vulneratus morietur.

4. contra 6. ♀ ♂ ♀

4. Eliget arma, & longis armis vincet, 6. ferietur circa ventrem, & occumbet.

4. contra 7. ♀ ♂ ♀

7. Vincet armis breuibis, 4. eliget arma, & in genu & facie vulnerabitur.

N iij 4. cō-

4. contra 8. 740

4. Eliget arma, & breuibz armis vincet, 8. in maxilla & coxa ferietur.

4. contra 9. 780

9. Eliget arma, & breuibz armis vincet, 4. in brachio & pectore vulnerabitur.

5. contra 6. 700

6. Longis armis vincet, 5. eliget arma, & in capite & facie vulnerabitur.

5. contra 7. 800

5. Breuibz armis vincet, 7. eliget arma, & in latere & corde vulneratus morietur.

5. contra 8. 740

8. Longis armis vincet, 5. eliget arma, & in coxa & manibus vulnerabitur.

5. contra

5. contra 9. 780

5. Breuibz armis vincet, 9. eliget arma, & circa ventrem & in humero vulnerabitur.

6. contra 7. 700

7. Eliget arma, & vincet breuibz armis; 6. in capite & vultu vulnerabitur.

6. contra 8. 780

6. Breuibz armis vincet, 8. eliget arma, & in capite & ventre vulnerabitur.

6. contra 9. 780

9. Breuibz armis vincet, 6. eliget arma, & in brachio & crure vulnerabitur.

7. contra 8. 800

8. Eliget arma, & longis armis vincet, 7. in pectore & corde vulnerabitur.

N iij

7. con.

7. contra 9. ♀ ♂

7. Breuibus armis vincet, 9. eliget arma, & in manibus renibus & genu vulnerabitur.

8. contra 9. ♀ ♂

9. Breuibus armis vincet, 8. eliget arma, & in ventre & coxa vulneratus superabitur.

SECVVNTVR PROPOSITIONES pro duobus litigantibus, in quibus qualitatem litis, & unde exorta fuerit, & quis duorum fit futurus victor

explicatur.

1. contra 1. ♀ ♂

**M**inor corpore vincet, sed maximæ verborum contentiones

tiones intercedent, et timendum est ne sibi inuicem infligant vulnera, tamen componetur tandem lis, et erit brevis. Sol enim in sua exaltatione existens, iuuabit minorem vt vincat, et breui expediat.

2. contra 2. ♀ ♂

Maior corpore vincet, et lis erit mulierum causa, et propter fauorem procuratorum erga minorem, lis diutius durabit, maior tamen vincet.

3. contra 3. ♀ ♂

Minor corpore vincet, erit vir doctus & ingeniosus, & jus habebit, & lis erit brevis, conabitur aliquis de natura Martis fraude

N v jus

jus minoris subvertere, tamen nihil efficiet.

4. contra 4. 69 24

Maior corpore vincet, tamen propter Lunæ & signi mobilitatem, quia aduersarius erit instabilis, proditor & deceptor, & semper novas tricas & effugia quaeret lis protrahetur fietq; propter bona paterna aut materna.

5. contra 5. 70 24

Minor corpore vincet, & præter jus habebit etiam propter Venerē & domum Solis multos fautores, qui suis laboribus & diligentia, breui litem ad finem deducunt.

6. contra 6. 71 24

Maior corpore vincet, non erit tamen longe staturæ, lis erit vel propter

propter merces, vel propter numeratam pecuniam, durabit lis aliquandiu, sed sine suo damno.

7. contra 7. 72 24

Minor corpore vincet, lis erit longissima, & erit aut propter bona, aut pecunias mulierū, ab hominibus Saturninis monstruosis & vitijs refertis vexabitur, tandem vincet.

8. contra 8. 73 24

Maior corpore vincet, sed verendum est ne propterea victor interficiatur, aut saltem vulneretur cum maiori detrimento quam lis valeat, erit tamen brevis.

9. contra 9. 74 24

Minor corpore vincet, lis tamen pacifice componetur, & perseverabunt



seuerabunt in amicitia litigantes,  
& erit propter hæreditatem, aut  
propter bona casu inuenta.

1. contra 2. ♄ ♀

2. Vincet, quia habebit jus &  
fautores, & erit lis propter bona  
aut pecunias mulierum, & non  
erit adeò longa, aduersarius inter-  
ponet fraudes, tamen frustra.

1. contra 3. ♀ ♄

1. Vincet, & erit lis propter pe-  
cunias mutuo datas, aduersarius  
erit sceleratus deceptor & nequâ,  
studebit differre litem, sed tan-  
dem perdet.

1. contra 4. ♄ ♀

4. Vincet, quamuis non mul-  
tum juris sit habiturus, lis erit bre-  
uis & propter hæreditatem, &  
contra

contra consanguineos quos ipse  
decipiet.

1. contra 5. ♄ ♄

1. Vincet, sed cum inimicitia,  
& cum periculo ne vulneretur,  
lis erit propter donationem, aut  
bona apud dominos acquisita.

1. contra 6. ♄ ♄

6. Vincet, lis erit longa & pro-  
pter pecunias mercium, aut quia  
simul negotiati sunt, soluentur  
victori expensæ, & erunt amici  
vti prius.

1. contra 7. ♄ ♄

1. Vincet, lis erit propter do-  
tem, aut bona mulierum, & lon-  
ga; nam malignitas Saturni, impe-  
dimenta, cauillationes & prodi-  
tiones

tionem à legistis & procuratoribus,  
in gratiam aduersarij demonstrat.

1. contra 8. m. 7. 4.

8. Vincet, lis erit propter bona stabilia & brevis, intercedent multę contentiones & forte vulnera, tamen propter bonitatem Mercurij, ab oratoribus lis componetur, & damnum acceptum unusquisq; sibi seruabit.

1. contra 9. m. 7. 4.

1. Vincet, lis erit propter bona Ecclesiastica & breuissima, componetur lis & permanebunt amici, victor erit pulchrę faciei & iouialis.

2. contra 3. m. 7. 4.

3. Vincet, lis erit brevis, & propter hereditatem inter consanguineos

neos, & victor habebit fauorem à personis Ecclesiasticis.

2. contra 4. m. 7. 4.

2. Vincet, quamuis fraude, nam victo multas insidias & fraudes per se & per suos procuratores, quos pecunijs corrumpit, instruet, & quia numerus 4. est pauper & timidus, minis deterrebit illum, & ab incepto reuocabit.

2. contra 5. m. 7. 4.

5. Vincet, lis propter tarditatem Saturni erit longa, & fiet propter hereditatem à muliere relictam, fient fraudes, & victor cum summa latitia vincet.

2. contra 6. m. 7. 4.

2. Vincet litem & erit brevis, & propter

propter pecuniam aut merces cō-  
creditas, & fiet pax inter ipsos.

2. contra 4. II 8 0

7. Vincet, & cum fraude, lis erit  
longa, victus decipietur à viris  
martialibus habentibus oculos  
paruos & profundos.

2. contra 8. 30 5 0

2. Cum fraude vincet, lis diu du-  
rabit, & erit propter bona stabilia  
8. habebit rectā causam, sed deci-  
pietur ab hominibus parue statu-  
re & penè monstrosi.

2. contra 9. 12 0 8

9. Vincet, lis eris brevis, & de  
hæreditate vel de bonis dono da-  
tis, ad quæ 9. non multum juris  
habebit.

3. contra

3. contra 4. 11 0 0

4. Vincet, & lis erit propter  
bona paterna, studebunt aduersa-  
rij decipere victorem sed frustra,  
propter breuitatem litis.

3. contra 5. II 8 0

3. Vincet, lis erit intricata, cū  
periculo ne vulnera aut homici-  
dia accidēt, tandem ppter Mer-  
curium pacificabunt se partes, &  
erunt postea amici.

3. contra 6. 12 8 8

6. Sine fraude vincet, lis erit  
longa, & propter merces aut pe-  
cunias mutuo datas, victor erit  
homo parue stature.

3. contra 7. 30 5 0

3. Vincet contra jus & cum  
O fraude,

fraude, victus decipietur à perso-  
nis Saturninis & Mercurialibus,  
& lis erit longa.

3. contra 8. ♀ 8 ♀

8. Iure vincet, lis erit brevis &  
propter dotem aut bona mulie-  
rum, intercedēt vulnera, sed tan-  
dem partes se pacificabunt.

3. contra 9. ♀ 8 ♂

3. Iure vincet & favore magna-  
rum, sed cum magnis contentio-  
nibus & detrimento rei familia-  
ris & periculo homicidij, lis ta-  
men erit brevis.

4. contra 5. ♂ 8 ♀

5. Vincet jure, & est civilis per-  
sona, lis erit de bonis dono datis  
ab aliquo principe, vel de merce-  
de servitutis, sed lis componetur.

4. contra

4. contra 6. ♀ 8 ♀

4. Iure vincet, & lis diu dura-  
bit, sed cum compensatione ex-  
pensarum, & fiet ob mercaturam  
vel ob pecunias extelonio mutua-  
tas.

4. contra 7. ♀ 8 ♂

7. Vincet, quamvis illum, docto-  
res procuratores & consanguinei  
defraudabunt, sed à viro martiali  
sive à principe juvabitur.

4. contra 8. ♀ 4 ♂

4. Vincet, lis erit propter hære-  
ditatem mortuorum, fient multæ  
fraudes vt victor decipi possit,  
sed iudices illos concordabunt.

4. contra 9. ♀ 8 ♂

9. Vincet sed fraude, nam vi-  
ctus

O ij

ctus



ctus malitia doctorum & procu-  
ratorum euertetur.

5. contra 6. ♀ ♂ ☉

6. Vincet jure & vi, infliget  
enim victo vulnera, lis erit bre-  
uis, & ob pecunias mutuatas.

5. contra 7. ♀ ☉ ♀

5. Vincet ob commendationem  
magnatum, lis erit brevis, & de  
hereditate mortuorum.

5. contra 8. ♀ ☿ ☉

8. Habebit iustissimam causam  
& sine fraude vincet, lis erit bre-  
uis & cum cōsanguineis de hære-  
ditate, post litem permanebunt  
in amicitia.

5. contra 9. ♀ ☿ ☉

5. Habebit iustam causam, sed  
cum

cum difficultate vincet, lis erit  
longa, victus erit parvæ staturæ  
& Mercurialis, & conabitur in-  
terficere victorem.

6. contra 7. ♀ ♂ ☉

7. Vincet sed fient contentio-  
nes, & ex vtrāq; parte homicidia,  
& tandem fiet pax, & lis erit de  
mercatura.

6. contra 8. ♀ ☿ ♀

6. Vincet, & erunt ambo viri  
probi, & unusquisq; putabit se ha-  
bere iustam causam, & propter  
vtriusq; bonitatem, post litem  
perseuerabit inter ipsos amicitia.

6. contra 9. ♀ ☿ ☉

9. Vincet, sed cum detrimento

O iij viriūq;

utriusq; partis, & hoc fiet ppter  
auaritiam procuratorum, qui li-  
tem in infinitum deducunt, & lis  
erit de debitis.

7. contra 8. Ω ○ ♀

8. Ob justam causam & fauores  
vincet, lis erit ob bona à consan-  
guineis relicta.

7. contra 9. ♀ ○ ♂

7. Vincet sed cum contentio-  
nibus, & etiam vulnera accipiet,  
lis erit propter mutuum, aduersa-  
rius erit martialis, sed tandem co-  
getur restituere mutuum, & se si-  
mul pacificabunt.

8. contra 9. ♀ ♂ ♀

9. Vincet, lis erit de boni sta-  
bilibus

bilibus & de hæreditate, & erit  
inter bonos & probos viros, qui  
alter alteri injuriam non faciet.

## DE PHISIONOMIA

TRACTATVLVS.

**Q**Voniam huc vsq; quæ ad  
Onomantiam spectant sa-  
tis dilucidè pro posse exposui-  
mus, hic Onomantiæ studiosum  
operè præmium fuerit admonere,  
quod cum pro responsionibus ad  
interrogationem de vita homi-  
nis, duodecim tantū capitula sint  
descripta, in quibus multa parti-  
cularia ponuntur quæ impossi-  
bile

O iiij

bile

bile est omnibus conuenire posse, præsertim vbi vitia & virtutes exponuntur, quæ vt plurimum ab animi dotibus dependent: ne autem in huiusmodi particularibus pronuntiandis aliquis fiat error, ad Phisionomiam confugiendum erit, cuius officium est, hominum inclinationes ex inspectione membrorum corporis, & ex contemplatione faciei, quam animi speculum esse constat patefacere: & ex ipsa quæ silenda, & quæ proferenda de hominum vitijs & virtutibus sunt, inuestigare. Nam si omnes differentia, & omnia hominum accidentia

eidentia describenda forent, opus in maximum volumen excreceret, & legentibus molestiam pareret. Ne verò studiosus alibi querendo de fatigetur, huic opusculo generalia & præcipua quædam Phisionomiae præcepta subiungemus, quæ si quis diligenter obseruauerit, ad stuporem de inclinationibus, & de futuris hominem euentibus veridicè pronuntiabit.

## DE TOTIVS HVMANI

CORPORIS CONSTITVTIONE,

Cap: Primum.

HOMO vel mulier longæ stature  
O v & re.

& recta, potius macer quam pinguis, erit audax, superbus, crudelis, inanis gloriæ tumidus, impudens, tenacis iræ, nulli fidens, omnibus modis malignus & mendax: verum est, quod color & capillamentum solent maiores vel minores in vno quam in altero defectus tales ostendere. de quorum differentia, breuitatis gratia hic differere prætermittimus.

Si quis fuerit staturæ longæ, & proportionatè pinguis, erit fortis, sed infidelis, falsus, crassi ingenij, tenax, ingratus & deceptor.

Si quis fuerit longus præter communem vsum, macer & subtilis,

lis erit simplex, mendax credulus, crassi nutrimenti, importunus circa illud quod cupit, sibi ipsi multa de se promittens, sed illi vires ad effectum perficiendum deerunt.

Si quis fuerit brevis staturæ & recta, & sit macer, erit sagax, ingeniosus, audax, superbus, vanè gloriosus, & boni intellectus.

Si quis fuerit ex natura curuus à parte anteriori, sed non senectute, erit Stultus, pauci intellectus, crassi nutrimenti, tenacis iræ, crudelis, parcus, laboriosus, & incredulus.

Si quis fuerit natura curuus à parte posteriori, erit Stultus, pauci in-



ei intellectus, crassi nutrimenti,  
labilis memoriae, & qui facile ad  
malū & ad bonum suaderi potest.

## DE VOCE,

Cap. Secundum.

**Q**ui sunt fortis respirationis,  
sunt etiam magni vigoris, & qui  
sunt debilis respirationis, sunt  
etiam debiles Spiritu.

Qui habent vocem crassam, sunt  
fortes, audaces, superbi, luxuriosi,  
voraces, ad contentiones procli-  
ues, mendaces, fallaces, iracundi,  
invidiosi, secreti & creduli.

Vox subtilis, & ob debilem re-  
spirationem debilis, significat ho-  
minem debilem, boni intellectus,  
sagacem, & modici cibi.

Vox clara & pura, significat  
hominem prudentem, sagacem,  
ingeniosum, mendacem, glorio-  
sum, & credulum.

Vox quæ in tono est stabilis, si-  
gnificat hominem ingeniosum,  
forrem, & rei alterius valde cu-  
pidum.

Vox tremens, significat homi-  
nem suspiciosum, invidiosum,  
gloriosum, pigrum, debilem, &  
timidum.

Vox alta in tono, significat ho-  
minem ingeniosum, fortem, &  
capitosum.

Vox aspera, significat hominem  
crassi ingenij, & intellectus.

Vox catarrhosa, significat homi-  
nem

nem magis astutum, quam prudē-  
tem, crassi nutrimenti, instabilem,  
credulum, timidum, & mēdacem.

Vox humilis & delectabilis, si-  
gnificat hominem pacificum, se-  
cretum, timidum, & capitosum.

Vox acuta & alta in vocando, si-  
gnificat hominem iracundū, auda-  
cē, fidētem, maliriosum, superbū,  
si fuerit mulier erit meretrix.

#### DE RISU, CAP: TERTIVM.

**Q**ui facile & leni de causa ri-  
det, est simplex, vanus, instabilis,  
credulus, crassi ingenij, ad serviē-  
dum promptus, & non secretus.

Qui raro ridet, est homo stabilis,  
discretus, boni intellectus, fidelis,  
laboriosus, secretus, & tenax.

Qui nunquā aut rarissimē ridet,  
est homo prudens, suae sententiā,  
sagax, ingeniosus, supplantator,  
tenax, & in suo exercitio studios⁹.

Qui facile ridet, & ridēdo tussit,  
& caput torquet, est arrogans, mē-  
dax, iracundus, ad quodcūq; malū  
peliuis, inuidiosus, facilis ad sua-  
dendū & dissuadēdū, & animi ry-  
rānici saltē, si re ipsa esse nō poterit

#### DE MANIBVS, CAP: QVARTVM.

**M**anus macra, mollis, & longa,  
significat hominem boni intelle-  
ctus, capacem, timidum, pacifi-  
cum, sincerum, discretum, serui-  
tio promptum, & familiaris con-  
uersationis.

Manus

Manus crassa & brevis, significat, crassum ingenium, semistultum, mendacem, fortem, laboriosum, fidelem, & modicæ iræ.

Manus pilosa multum, & hispida cū tortuosis digitis, significat luxuriosum, inanem, mendacem, crassi ingenij, & pauci iudicij.

Manus quæ digitos sursum vertit, significat liberalē, seruitijs accommodatū, bonæ capacitatis, sagacē, non inuidiosum, diutine iræ, boni intellectus, sed nō adeo secretum.

Manus contorta in extrema parte digitorum, significat hominem tenacem, malignum, cogitandum, suæ sententiæ, non facilis credulitatis, & laboriosum.

De

## DE VNGVIBVS.

CAP: QVINTVM.

Vngues asperæ & rotundæ, significant hominem Venereis delectum.

Vngues præter consuetudinem breues, significant animum malignum.

Vngues nigræ, parvæ, & curvæ, significant alienæ rei cupidum, & imprudentem.

Vngues magnæ, & in medio depresso, significant hominem indoctum, rudem, & cui graui negotia non sunt commitenda.

Vngues longæ, subriles, & boni coloris, significant bonam dispositionem, & complexionem, & sanitatem.

P Vngues

Vngues palide, significant malam corporis dispositionem, & modicam sanitatem.

DE CAPITE. CAP: SEXTVM.

Caput magnum, si collum fuerit illi proportionatum, significat fortitudinem, & ingenium.

Caput rotundum, significat instabilitatem, obliuionem, modicam discretionem, & doctrinam.

Caput longum & pinneatum, significat impudentiam, inuercundiam, iracundiam, & bonorum alterius appetentiam.

Caput paruum, significat lenitatem, instabilitatem, obliuionem, & vanam gloriam.

De

DE FRONTE ET CA.

PILLIS. CAP: SEPTIMVM.

Capilli crispī, & frons ampla, significant memoriam & iudiciū. Frons stricta, stultitiam. Frons longa, docilitatem, & aptitudinē ad omnes artes. Frons rotunda & eleuata, significat hominem molestū. Frons lineata, cuius linæ per rāsuersum rectē pcedant, significant hominem curis oneratum, & longē vitæ. Frons rotunda, significat inuidum & malignū. Frons lata & magna, significat hominē liberalē.

DE SVPERCILIIS.

CAP: OCTAVVM.

Supercilia pilosa, significant hominem

P ij

minem



minem balbutire. Supercilia longa vsq; ad tempora, aliquando significant promptitudinem, aliquando immunditiam, & deformitatem. Supercilia coniuncta, sunt inditia mali, sed si talis fuerit luscus, illi omnino non erit fidentum, & si pili essent densi, & à natura cocles, vel visu transuerso, esset idem quod supra, & prætereà furem, & bonis verbis deceptorem.

## DE OCVLIS,

CAP: NONVM.

Oculi humidi & lucidi, significant hominem letum, bonorum morum & honoratum. Oculi profundi,

fundi, vel nimis magni, significant voracem, & luxuriosum. Oculi parui & profundi, significant avaritiam. Oculi coloris glauci, significant insidiatorem. Oculi mobiles, cum aliquibus maculis vel granulis rubeis, significant seditiosum, suspiciosum, & inuidum. Oculi parui, inuerecundum. Oculi nigri & clari, significant hominem justum, doctum, & libidiosum. Oculi magni, pigritiam. Oculi humidi, significant magnitudinem animi, eloquentiam, & bonum consultorem. Oculi magni, & vibrantes, significant leuitatem, stultitiam, & gulositatem. Oculi magni, eleuati & lucidi,  
P iij signi-

significant studiosum, & amabilē.  
Oculi nigri & splendentes, timi-  
dum & malum. Oculi ridentes,  
significant humanitatem, & pie-  
tatem. Oculi magni & eminentes,  
significant hominem fallum,  
& sine vlla pietate.

DE NASO. CAP: DECIMVM.

**N**Asus acutus, significat homi-  
nem iracundum. Nasus crassus &  
depressus, significat malos mores.  
Nasus conuersus ad Os, significat  
honestum, pium, fortem, & intel-  
ligentem. Nasus magnus, virum  
probū. Nasus parvus, deceptorē.  
Nasus Aquilinus, rapacem, ma-  
gnanimum, sine misericordia, &  
sine

sine discrimine Personarum bene-  
ficia & injurias conferrentem.  
Nasus simius & excauatus, luxu-  
riolum significat. Narices ampu-  
lē, superbum. Narices Solide, for-  
tem, rotundę, timidum. larę, læ-  
rum. strictę & rotundę stultum  
significant.

DE AVRIBVS.

CAP: VNDECIMVM.

**A**Vres magnę & larę, significāt  
Semibestiam hominem, bonę ta-  
men mentis, parę, stultum, mali-  
gnū, & Veneri præpostere dedi-  
tum. Aures subriles & sicce, nun-  
quā frui perfectē ijs quę deside-  
rat. Aures quadratę iustum, &  
doctum significant.

DE VVLTV SIVE FACIE,  
CAP: DVODECIM.

VVLtus planus, significat hominem religiosum & pium. Facies depressa, injuriosum & fædum. Facies macilêta, doctum & prudentem. Facies carnosa, cupidum & intelligentem, & qui facile timet. Facies macra, plenum curis. Facies magna, tardum in suis actionibus. Facies parua, timidum & miserrimum. Facies tristis & de formis, Stulum significat.

DE ASPECTV, ET DE  
ORE ET LABIS, CAP: DECIMVM.

ASpectus tristis, ostendit hominem

minem plenum litibus, & aduersitatibus.

Aspectus cōtemplatiuus, significat talem lætari aliorum malis, & proditorem, si cum tali aspectu incedat curuus, significat auaritiam & subtilitatem ingenij.

Os latum, significat audacem, & bellicosum. Os magnum cum superiore labio prominente, esse voracem, & credulum, jactatorem, temerarium, & ineptum ad omnia.

Labia subtilia & parua, significant eloquentiam, Labia subtilia & Os paruum, significant effeminatum.

P v De

# DE COLLO, ET PECTO.

RE. CAP: DECIMUMQUARTVM.

**C**ollumbreue, significat Zelo-  
tipiam, & qui solus vult omnia  
loqui, malitia plenum, & qui  
omnia clamoribus implet. Col-  
lum crassum, significat fortem.  
Collum subtile & longum, timi-  
dum & debilem. Collum me-  
diocre, significat magnanimitatē.

Pectus magnum, significat ho-  
minem fore laudatum. Pectus  
latum, significat audaciam magna-  
nimitatem, & bonitatem. Pectus  
paruum, timiditatem. Pectus cor-  
pulentum, inhumanum, & eru-  
delem significat.

De

# DE VENTRE, HVMERIS,

ET BRACHIIS. CAP: DECIMUM

QVINTVM.

**V**enter magnus, significat ho-  
minem indiscretum, impudētem,  
superbum, & luxuriosum. Venter  
strictus, & pectus latū, consulto-  
rem & intelligentem significat.

Humeri lati, generositatem me-  
diocritas in humeris & pectore,  
est laudabilis. humeri incurui,  
miseriam, tenacitatem, & auari-  
tiam significant.

Brachia longa vltra proportio-  
nem, significant audaciam, forti-  
tudinem, & bonitatem. Brachia  
curta, Satorem discordiarum, &  
libidinosum.

De



DE TIBIIS, CRVRIBVS,  
ET MANIBVS. CAP: DECI-

MVMSEXTVM.

**T**Ibia breues, significant ignorantiam. crassa, audaciam & fortitudinem. breues & crassa, crudelitatem. curua & torta, malos homines. idem dices de cruribus, & manibus.

DE GIBBIS, CLAUDIS,  
ET MONSTRVOSIS, CAP:

DECIMVMSEPTIMVM.

**O**Mnes Gibbi & Claudii à natiuitate, sunt pessimæ naturæ, nisi illis in genitura aliqua benigna Stella faueat. idem dices de monstruosis, & claudis à natura.

Generalia

GENERALIA, VERA, ET  
EXPERIMENTO PROBATA PRÆ-  
cepta Phisionomiæ.

CAP: DECIMVM OCTAVVM.

**N**ullus parvus est humilis, nec rufus fidelis, nec longus prudens, nec pinguis lenis, nec macer simplex, nec signatus bonus, nec pulcher minimè gloriosus, nec pauper minimè inuidiosus, nec impudens secretus, & nasatus non industrius, & circulator non mēdax, & homo rectæ staturæ non audax crudelis & credulus, Albus & niger non timidus, & qui est modestus in sermone non deceptor

ceptor & sagax, nec calidus carne pilosus in tibijs & ventre non luxuriosus, & qui Oculis anuit non fallax & mendax, nec eloquens non prudens, & in sua professione doctus, nec bonæ conscientiae qui non fiat diues, & qui est diues non avarus & immisericors alterius calamitatis, nec pauper non misericors & pius, nec mollis non vanus, nec qui vult esse bonus sine aduersarijs, nec Gibbus à parte anteriori & posteriori non fallax & malignus, nec Gibbus à parte anteriori qui non sit duplex animi, & magis ineptus quam prudens, &  
potius

potius malus quam bonus. qui omnes si aliter inuenti fuerint, dices naturam, deuiasse ab ordine consueto & comuni. & sic de ijs satis.

F I N I S.



B R V N A E,  
Excudebat BARTHOLOMAEVS ALBERTVS AVRIGA, Anno 1603.

46(1)30

... sedam hy  
fily mei. vniq. adext.  
... ad sinist. tuae  
... tuo. Respondes at  
que. Mestibis quid pe  
... tis bibe calicem  
... sum. di  
... possunt. At illis  
... quide meum bibe  
... adext. meam  
... na tu meum dant.  
... qui. patu est illa.  
... Et audientes de  
... sunt. duobus fili  
... vocavit eos ad se.  
... Sicut quia min  
... tu dunt. de  
... iores sue potest.